

PLANTARUM ICONES

HACTENUS INEDITÆ,

PLERUMQUE AD PLANTAS

IN HERBARIO LINNÆANO

CONSERVATAS DELINEATÆ.

AUCTORE

JACOBO EDVARDO SMITH, M. D.

SOCIET. REG. LOND. ULISSIP. AGRON. PARIS. SOCIO, SOC. LINNÆANÆ
LONDINENSIS PRÆSIDE.

FASCICULUS I.

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSE TORIBIO MEDINA"

LONDINI:

TYPIS J. DAVIS:

IMPENSIS BENJ. WHITE ET FILII, IN VICO DICTO FLEET-STREET, APUD QUOS PROSTAT VENALIS;
ET PARISIIS APUD LUD. NIC. PREVOST.

BOTANICO SUMMO,
MÆCENATI OPTIMO,
ET QUOD MAXIMI DUCIT,
SIBI AMICISSIMO,

JOSEPHO BANKS, BARONETTO,

SOCIETATIS REGIÆ LONDINENSIS PRÆSIDI, MUSEI BRITANNICI
CURATORI, &c. &c.

HUNC FASCICULUM


D. D. D.



AUCTOR.

F A S C I C U L U S I.]

- 1 CALCEOLARIA nana
- 2 - - - - - plantaginea.
- 3 - - - - - ovata.
- 4 - - - - - perfoliata, *Lin.*
- 5 SALVIA rofæfolia.
- 6 ROUSSEA simplex.
- 7 THOUINIA spectabilis.
- 8 DICHONDRA repens, *Forst.*
- 9 EHRHARTA panicea.
- 10 TURRÆA virens, *Lin.*
- 11 - - - - maculata.
- 12 - - - - fericea
- 13 SILENE chloræfolia.
- 14 STELLARIA dichotoma, *Lin.*
- 15 ~ - - - - ceraftoides, *Lin.*
- 16 ARENARIA dianthoides.
- 17 - - - - cucubaloides.
- 18 SPERGULA laricina, *Lin.*
- 19 RUBUS geoides.
- 20 - - - Dalibarda, *Lin.*
- 21 SONCHUS alpinus, *Lin.*
- 22 LOBELIA Columnæ, *Lin.*
- 23 ARETHUSA biplumata, *Lin.*
- 24 PASSIFLORA adulterina, *Lin.*
- 25 - - - - mixta, *Lin.*



P R A E F A T I O.

DE utilitate Iconum in cognitione plantarum promovendâ, quis dubitet? Etſi autem Ichnographiæ descriptiones ſcientificas minimè exauſtorare liceat, attamen non fieri poteſt, quin quicunque praxin Botanices vel mediocriter excoluerit, ſæpe- numerò compertum habeat, quod imaginis, rudis licet et imperfectæ, conſpectus moleſtiæ plurimum demat, et dubitationes, quibus vel diuturnæ inveſtigaciones vix aliquid lucis dederint, ipſo intuitu longè arceat. Porro ſpecies plantarum hodiè in tantum augentur, quod rei botanicæ ſtudioſis omni auxilio opus eſt, quo allatas ritè dijudicent, et dijudicatas mente ſervent.

Omninò igitur optandum eſt, quod illi, quos penes ſit, ſummoperè nitantur, quo pacto Ichnographiam botanicam omnibus numeris abſolutam reddant; adeò ut quæque planta quæ in notiſſimam pervenerit, iconè ſuâ, hoc vel illo libro inveniendâ, gaudeat. Nequid autem ſcientiam figuris antea exſculptis, et uſque ad faſtidium repetitis oneret, ne librarium botanicum, etiam nunc ultra quam res poſcit numeroſum, denuò quaſi mole ſuâ ruat; perpaucis ſcilicet coemendum, niſi quidem diti- oribus, quorum opes, libros manu quâ decet verſare, nequicquam finunt.

Quò igitur auxilium et a me ad huiusce conſilii conſummationem detur, Opus hoc ſuſcepi; quod proſectò utile potius quam ſpectabile dici, et plantarum raritate potius quam ſpecie lubricâ aut chartæ aut artis typographicæ, gratiam ſibi conciliare velim. Accuratum fore certè ſpero, et quo mendis vacet, omnis in hoc ſum. Haud tamen animus adeò me ſefellit, quod ex omni parte abſolutum audeam dicere; ecquis enim inter rei botanicæ vel peritiſſimos ſit, qui non aliquando in errores vel raviffimos inciderit?

Memet proſectò ad hoc opus exarandum, ſingulari quodam fato obligatum cenſeo. Herbarium quippe Linnæanum, quod jam me, felicibusque uti ſpero avibus, ſucceſ- ſorem habet, plurimas in ſe plantas continet, quarum, quamvis optimè a Linnæo ver- bis deſcriptæ fuerint, icones nullæ extant: continet etiam adhuc longè plures, qua- rum ne deſcriptio quidem hætenus conſecta ſit. Ex his multæ aut huic Herbario propriæ ſunt, aut quod earundem cognitioni plurimùm obfuit, a Botanicis, ex ico- num defectu, malè acceptæ ſunt. Plantæ quidem Linnæanæ curas meas ſatis ſu- perque (ut veriſimillimum mihi videtur) exercebunt; in animo eſt igitur hiſce ap- primè incumbere. Hos terminos mihi libentius appono, quod novæ hortorum noſ- trorum plantæ indies in editionibus ſplendidis Jacquin et L'Heritier evulgantur. Spero equidem et quædam noſtratum opera in lucem edenda fore quæ neque his aſſurgent.

Haud me fugit, quod incommodo non tenui, cum ex speciminibus exsiccatis solum icones meas licuit adumbrare, obnoxius sum. Hinc etenim imagines meae minus elegantes, quam quae ex vivis delineatae fuerint, necesse evadant: at non minus accuratas fore, nisi si quidem hic vel illic ipsa specimina deficiant, spero: quod si praeter spem res evenerit, illos oro quibus vivas plantas fors felicior obtulerit, nostros labores corrigere et emendare. Multae sane ex his iconibus, a delineationibus quas olim inventores plantarum una cum speciminibus Linnæo transmissit, confectae sunt, v. g. Mutisianae multae: at aliquod subsidii hisce etiam a me datum est; nam mihi curae fuit adumbrationes cum plantis ipsis conferre; tum ipse manum ultimam tabulis imposui; unde sperandum sit, quod non de incuria jure querendum foret.

Observandum est, quod saepius plantae dum exsiccantur paulum sese contrahunt; unde icones ad exsiccatas formatae, vivis plantis paulo minores fiunt. Memoria autem tenendum est, quod hic vel defectus verè pretiosus est; ex raritate enim plantarum oritur; nam si ipsas vivas atque integras licuisset, proculdubio haud mancas et exsiccatas delineassem.

In descriptionibus, quicquid momenti fore credidi, inserui, quae autem inutilia aut incerta dicenda sint, sciens praetermisi. Differentias specificas, ubicunque opus fuerit hasce excudere, attentius curavi. Namque in his rite conficiendis artis robur constat; ex his perpauca triumphum sibi ducant; has denique plurimi, ex desperatione rem ad unguem tractandi, omnino intactas reliquerunt.

Primus hic fasciculus pauculas; qui sequentur adhuc plures plantas ex Herbario immortalis Tournefortii descriptas continebunt. Herbarium hoc in Gallicae Botanices decus, Lutetiae servatur; cui evolvendo, amicissimo Broussonetio suadente, veniam liberius concessit D. D'Aubenton, cujus benignitatem in hac aequae ac caeteris rebus agnosco lubens.

Figurae ipsae, tum partes fructificationis seorsim positae, nisi quas auctas esse nominatim monui, ubique magnitudine naturali exhibentur.

Dabam Londini Cal. April. 1789.

I.



b
a

f
b

Calceolaria nana.

BIBLIOTECA N.
PIRELLA GÖTTSCHE LOWE
VIA TORRETORE 15
20121 MILANO

CALCEOLARIA nana.

DIANDRIA monogynia.

CHAR. ESSENT. *Cor.* ringens, inflata. *Capf.* bilocularis bivalvis. *Cal.* quadripartitus, æqualis.

CALCEOLARIA scapis unifloris, foliis ovatis integerrimis.

In America meridionali ad Fretum Magellanicum legit Commerfon. *Thouin.* 24

RADIX . . .

CAULIS nullus.

FOLIA ad radicem congesta, plurima, ovata obtusiuscula integerrima, fere avenia, oculo armato levissime pubescentia, breviter petiolata.

SCAPI plurimi biunciales uniflori erecti teretes sub-papilloso-scabri.

FLORES pro ratione plantæ magni, speciosi, flavi rubro maculati, solitarii.

CALYX pubescens, laciniis ovatis æqualibus margine inflexis.

COROLLÆ *labium superius* brevissimum, fornicatum; *inferius* maximum elongatum pendulum ventricosum, margine membranaceo replicato anguloso.

STAMINA sub fornice corollæ. *Filamenta* breviter crassiuscula. *Antheræ* majusculæ bilobæ flavæ, sub anthesin stylo incumbentes.

PISTILLUM. *Germen* globosum. *Stylus* fetaceus adscendens. *Stigma* obtusum.

FRUCTUM non vidi.

OBS. Affinis *C. Fothergilli* Aiton Hort. Kew. sed differt foliis ovatis enerviis & fere nudis, nec spatulatis, multinerviis, neque apice villosis.


EXPL. TAB.

Planta magnit. nat.

a *Germen* cum *Stylo*.

b *Stamina*.

II.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSE FUND MEDINA"

Calceolaria plantaginacea.

CALCEOLARIA plantaginea.

CALCEOLARIA scapis paucifloris, foliis rhombeis ferratis.

In America meridionali ad Fretum Magellanicum legit Commerfon. *Thouin.* 24

RADIX perennis fibrosa.

CAULIS nullus.

FOLIA plurima rhombea inæqualiter ferrata nervosa glabra, marginibus pilosis, pilis
Confervæ instar articulatis. *Petoli* membranaceo-dilatati.

SCAPI nonnulli, elongati erecti biflori, apicem versus magis pubescentes.

FLORES flavi, bene explicatos nondum vidi.

CALYX pubescens viscidus.

III.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMEL
"JOSE TORIBIO MEDINA"

Calceolaria ovata.

CALCEOLARIA ovata.

CALCEOLARIA caule ramofo, foliis ovatis crenatis.

C. integrifolia Lin. *Supp.* 86 ? nec *Syf. Veg. ed.* 13. p. 61.

Ex Peru femina retulit Dombey. Floruit in horto regio Parif. anno 1781. *Thouin.* ☉

RADIX annua fibrofa.

CAULIS erectus ramosus teres, geniculis furfum paulò craffioribus, pilofus.

FOLIA oppofita, breviter petiolata, ovata, crenata potius quam ferrata, pilofa, pilis albis pellucidis, fubtus pallidiora.

PEDUNCULI axillares gemini filiformes pubefcentes uniflori.

FLORES parvi flavi.

CALYCIS laciniae tenuiores rhombeae venosae pilosae.

COROLLA *C. pinnata*.

STAMINA parva lutea.

PISTILLUM. *Germen* conicum. *Stylus* filiformis adfcendens. *Stigma* obtufum.


CAPSULA fubconica obtufufcula bifulca bivalvis, apice dehifcens, valvulis bifidis.

SEMINA numerofa parva.

Obs. Defcriptio & figura ad fpecimen in horto regio Parifienfi anno 1781 e feminibus Peruvianis Dombeyi enatum, quod confervatur herbario Linnæi filii, confectæ funt. Iconi Mutifii in Lin. *Supp.* pro *C. integrifolia* citatæ fat bene, præterquam magnitudine, convenit; planta enim noftra, & præcipue corolla, quod forfan ex deficcatione accidit, illa icone multo minor eft. Anne eadem fit, quum nondum vidi plantam Mutifii, dubius hæreo.

C. integrifolia Lin. *Syf. Veg. ed.* 13, longe ab utrifque diverfa eft planta, mihi invifa. Ideoque auctoritate Feuillei tantum ftabit, eritque differentia ejus fpecifica *C. foliis lanceolatis rugofis ferratis, floribus paniculatis terminalibus.*

III.



Calceolaria perfoliata. Lin.

BIBLIOTECA
BIBLIOTECA
"JOSE TORRES"

CALCEOLARIA perfoliata, *Lin.*

CALCEOLARIA foliis perfoliatis sagittatis utrinque villosis.

C. foliis perfoliatis spatulato-sagittatis. *Lin. Supp.* 86.

In Nova Granada invenit Mutis.

Planta speciosissima & valde singularis, tota exceptis corollis villosa.

CAULIS teres pedalis vel bipedalis, foliosus, corymbo multifloro folioso terminatus.

FOLIA connato-perfoliata, venis reticulata, subtus densissime lanata, basi latissima, medium versus attenuata, dein ampliata in lobum maximum deltoideum, margine irregulariter denticulata, parum revoluta.

FLORES fasciculati in summitate ramulorum. *Bractea* foliis simillimæ, sed ovata, sessiles nec perfoliata.

PEDUNCULI filiformes, simplices vel ramosi.

CALYCIS lacinia subæquales, acutæ.

COROLLA flava, magna; figura autem ex plantâ siccâ haud bene erui potest.

STAMINA brevissima. *Antheræ* bilobæ, lobis deflexis, magnæ.

PISTILLUM. *Germen* subconicum. *Stylus* filiformis. *Stigma* acutum.

FRUCTUM non vidi.

Obs. Figura mea ad exemplarium in Herb. Lin. delineata est. Partes floris adnexæ sunt ex icone Mutisii mutuata, namque ex plantâ siccâ non satis accurate conficere speravi.

EXPL. TAB.

a Corolla apice fissa, cum staminibus in situ.

bb Stamina cum antheris.

c Calyx cum pistillo.



Salvia rosafolia?



SALVIA rosaefolia.

DIANDRIA monogynia.

CHAR. ESSENT. *Corolla* inæqualis. *Filamenta* tranſverſe pedicello affixa.

SALVIA foliis pinnatis incanis: foliolis ferratis, calycibus ringentibus.

S. orientalis, foliis alatis, minoribus & crenatis, odore mari. *Tournef. Cor. II.*

S. foliis ebuli. *Buxb. Cent. 2. 41. t. 46?*

In Armenia legit Tournefort. 4 *Herb. Tourn.*

CAULIS fuſfruticofus humilis teres incanus adſperſusque pilis albis raris.

FOLIA oppoſita pinnata incana. *Petiolus* communis canaliculatus. *Foliola* quina petiolata obovata verſus apicem ferrata, nervoſa, impari paulo majori.

FLORES purpurei verticillati in ſpica terminali; verticillis inferioribus foliis binis bractæformibus integris fuſcultis. *Bractea* propria una ad ſingulum florem, ovata, acuta, integra, incana, calyce brevior.

CALYX ſtriatus bilabiatus ringens, labio ſuperiori tridentato, inferiori profunde diviſo, dentibus ſpinofis.

COROLLA calyce duplo longior, fauce ventricoſa, labio ſuperiori fornicato emarginato, extus villoſo; inferiori ampliato undulato.

STAMINA ut in congeneribus, majuscula.

PISTILLUM. *Stylus* incurvus, labio ſuperiori corollæ paulo longior. *Stigma* bifidum acutum.

FRUCTUM non vidi.

Obs. Si planta Buxbaumii eadem ſit cum noſtrâ, figura ejus minimè laudanda eſt.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSE TORIBIO MEDINA"



d



g



Roupsea simplex.

ROUSSEA.

TETRANDRIA monogynia.

CHAR. ESSENT. *Cal.* tetraphyllus. *Cor.* monopetala, campanulata, quadrifida, infera. *Bacca* quadrangularis polysperma.

In memoriam celeberrimi Jean Jacques Rousseau, qui epistolas amenissimas de re botanicâ scripsit, & amabilem scientiam ad extremum usque halitum coluit & ornavit. Linnæus, qui sæpius cum illo per epistolas consilia communicabat, in manuscriptis plantam nomini suo consecraverat. Cum vero hæc, ex Linnæi filii hallucinatione, alio nomine (Ruffelia) evulgata est, genus novum pulcherrimum & maxime singulare Rousseau dixi.

ROUSSEA simplex.

In insulâ Mauritiæ legit Commerçon. *Thouin.*

FRUTICULUS per arbores vel rupes, inter muscos ut videtur, scandens.

CAULIS crassus carnosus nodosus.

FOLIA opposita petiolata obovata acuminata dentata, utrinque glaberrima, subcarnosa. *Stipule* intrafoliaceæ membranaceæ acutæ.

FLORES solitarii axillares breviter pedunculati nutantes magni, substantiæ valde carnosæ. *Bractæ* confertæ membranaceæ acutæ, stipulis confimiles. *Pedunculi* teretes nudi.

CALYX quadrifidus glaber, laciniis lingulatis acutis reflexis.

COROLLA campanulata extus rugosa subpubescens, femiquadrifida, laciniis acutis revolutis.

STAMINA corollâ revolutâ duplo longiora, ejusdem laciniis alterna. *Filamenta* recta latissima, apice parum angustiora, glabra. *Antheræ* parvæ sagittatæ acutæ.

PISTILLUM. *Germen* superum pyramidato-quadrangulare glabrum. *Stylus* longitudine staminum, persistens. *Stigma* simplex obtusum depresso-umbilicatum glabrum.

FRUCTUS, quem haud maturum vidi, mihi videtur *bacca* pyramidato-quadrangularis, forte unilocularis, cortice lævi duro, feminibus parvis lenticularibus nidulantibus numerosissimis repleta.

EXPL. TAB.

a Stamen cum Antherâ.

b Calyx.

c Fructus haud maturus.

d Stigma.

e Idem microscopio auctum.

f Fructus sectio transversa.

g Semina.



Thouinia spectabilis.

THOUINIA.

PENTANDRIA monogynia.

CHAR. ESSENT. *Corolla* monopetala, campanulata, infera, extus hispida! *Stylus* simplex. *Drupa*

THOUINIA spectabilis.

In insula Madagafcar legit Commerfon. *Thouin.* ½

ARBOR cortice rugoso duriori.

RAMI teretes, apicem versus sericei, foliis floribusque fasciculatis terminati.

FOLIA sparsa petiolata obovato-lanceolata obtusa glaberrima, nervo valido medium percurrente. *Pedunculi* canaliculati, juniores sericei. *Stipulae* nullae.

FLORES axillares solitarii pedunculati subnutantes speciosi hermaphroditici.

PEDUNCULI teretiusculi, apice incrassati, basin versus sericei, medio *bracteas* duas parvas acutas sericeas oppositas gerentes.

CALYX pentaphyllus persistens; Foliolis subrotundis, tribus exterioribus crassioribus rugosis nudis, duobus interioribus margine membranaceis, dorso sericeis.

COROLLA calyce duplo longior, monopetala campanulata plicata quinquefida, laciniis obtusissimis, extus fetis creberrimis rigidis fulgentibus hispida, intus margineque inter plicas glabra, apice tomentoso-ciliata.

STAMINA 5, corollâ duplo longiora, declinata. *Filamenta* teretia nuda. *Antherae* majusculae cordatae bilobae glabrae.

GERMEN superum pilosissimum. *Stylus* longitudine & figurâ staminum, declinatus. *Stigma* simplex obtusum.

“DRUPA globosa magnitudine pruni, calyce persistenti suffulta.” *Commerfon MSS.*

OBS. Thouiniam nutantem *Thunbergii* in Herbario Lin. filii, qui eam in *Suppl.* descripsit, inveni, primoque intuitu nil nisi *Chionanthum zeylanicum* esse percepi. Nec a *Chionantho* separari debet. Pulcherrimum itaque genus e plantis Commerfonianis, Linnæo filio ab optimo Thouinio liberaliter oblatis, selegi, lætissimus equidem quod in tam gratum reservatus sim officium, quo observantiam erga amicum optimum testificer, et botanicum dignissimum honoribus dudum meritis condecorem.

EXPL. TAB.

a Calyx integer.

b Corolla integra.

c Floris sectio longitudinalis.

d Filamenta

e e Antheræ.

f Stigma.

g Germen.

h Stylus.

i Stigma.



Dichondra repens. Forst.

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AGRICOLA
"JOSE TORIBIO MEDINA"

DICHONDRA. *Forst. Gen. Pl. 20, tab. 20.*

PENTANDRIA digynia.

CHAR. ESSENT. *Calyx* pentaphyllus. *Corolla* rotata infera. *Capsula* dicocca.

DICHONDRA repens. *Forst. loc. cit. Prod. 21?*

Sibthorpia evolvulacea, foliis reniformibus integerrimis. *Lin. Supp. 288.*

E Nova Granada Linnæo misit Mutis.

CAULIS prostratus repens ramofus teres.

FOLIA alterna petiolata erecta reniformia, subinde emarginata, superne nudiuscula, inferne sericea, radiato-venosa. *Petoli* teretes sericei.

PEDUNCULI axillares filiformes uniflori sericei, vix longitudine petiolorum, plerumque solitarii.

FLORES parvi subnutantes.

CALYCIS foliola obovata reticulato-nervosa, extus pilosa, intus glabra, persistencia.

COROLLA (ex icone Mutisii) monopetala rotata subcampanulata quinquefida longitudine calycis.

STAMINA quinque subulata patentia, inter lacinias corollæ alternatim sita, duploque breviora. *Antheræ* subrotundæ.

PISTILLUM. *Germina* duo pilosa. *Styli* duo divaricati fetacei longitudine staminum, "interius e basi germinum orti." (*Forst.*) *Stigmata* capitata.

CAPSULÆ binæ globosæ subhirsutæ uniloculares monospermæ.

SEMINA solitaria globosa.

OBS. Descriptio hujus plantæ in *Supp. Plant.* est Linnæi patris. Ad *Sibthorpiam* ex habitu tantum, ignotis floribus dum adhuc delineationes Mutisii nondum receperat, remisit vir illustris, sed perperam. Differt a *Sibthorpiâ* floribus pentandris digynis, nec didynamis monogynis, capsulis binis, utrâque monospermâ, neque capsulâ biloculari polyspermâ. A *Falkiâ* distinctissima est, quamvis foliis quodammodo similis.

Figura nostra ad exemplarium Mutisianum, adnexis floribus partibus ex ipsius icone plerumque depromptis, delineata est. Varia habeo specimina in agro Bonariensi, insulisque Mauritiæ a Commerfonio lecta, aliaque in Herbario Banksiano Jamaicensia et Peruviana vidi, quæ varietates tantum puto. Differunt enim foliis utrinque vel subtus tantum sericeis, pedunculis petiolisque longioribus vel brevioribus, & hæc inter specimina ejusdem regionis valde variant. Nostræ omnino similis videtur *Dichondra sericea Swartz.* *Prod.* in *Herb. Banks.* ut et planta Commerfoniana ex insula Mauritiæ, quæ Forsteri *Dichondra repens*, ex qua confectus est character genericus, videtur.

EXPL. TAB.

- a* Flos. mag. nat.
- b* Idem microscopio auctus.
- c* Stamen cum Antherâ.
- d* Idem auctum.
- e* Germen cum Pistillis.
- f* Eadem aucta.
- g* Calyx cum Fructu.
- h* Eadem aucta.
- i* Folium calycinum magis auctum.
- k* Fructus transverse sectus, auctus.
- l* Semen etiam microscopio auctum.





BIBLIOTECA NACIONAL
 BIBLIOTECA AMERICANA
 "JOSÉ TORIBIO MEDINA"

Ehrharta panicca.

EHRHARTA,

Thunb. Aët. Holm. ann. 1779. Lin. Supp. 28.

HEXANDRIA digynia?

CHAR. ESSENT. *Calyx* Gluma bivalvis uniflora. *Corolla* Gluma duplex, utraque bivalvis: exterior compressa, acinaciformis, basi excisa.

EHRHARTA panicea.

EHRHARTA culmo diviso, panicula subramosa, floribus erectis digynis.

Ex Capite Bonæ Spei adtulit Sonnerat anno 1776. *Herb. Thoun.*

CULMUS subramosus geniculatus foliosus.

FOLIA vaginantia ensiformia striata nuda margine scabra.

PANICULÆ terminales subramosæ.

PEDUNCULI capillares recti, apice incrassati.

FLORES quam in *E. capensi* triplo minores, virides erecti.

CALYX bivalvis margine scariosus, valvula exteriori majori.

COROLLA Gluma duplex mutica calyce duplo longior.

Exterior rudior acinaciformis bivalvis. *Valvule* oblongæ obtusæ complicatæ compressæ amplexantes subæquales triangulares. *Exterior* lævis, nec rugosa. *Interior* basi excisa, dorso transversaliter rugosa. *Villos* ad basin non inveni.

Interior bivalvis, exteriori contraria.

Valvule complicatæ glaberrimæ subæquales. *Exterior* paulo latior *interiorem* amplectens.

Neëtarium, si adsit minutissimum, non vidi.

STAMINA sex. *Filamenta* brevissima æqualia. *Antheræ* luteæ, apice bilobæ, lobis divaricatis.

PISTILLUM. *Germen* ovatum minimum glabrum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* duo penicilliformia.

SEMEN unicum nudum.

Obs. Figuram ad unicum exemplarium in Herbario amicissimi Thouini Parisiis delineavi. Vitia etiam exemplarii imitatus sum, ut facilius recognoscatur. Adposui partes fructificationis magis vel minus magnitudine auctas.

Ex dictis patet quantum differt ab Ehrharta capensi, quæ tam absolute conjunctis virorum insignium Thunbergii & Ehrharti viribus, in Lin. Supplemento descripta est. Hæc omnino monogyna est, ut ipse vidi. Ehrharta panicea vero, quamvis stylus ad basin simplex appareat, duo habet stigmata, omnino ut in graminibus vulgaribus & in Oryza. Hinc potius ad Hexandriam digyniam post Oryzam, cui magnam habet affinitatem, referre placet. Dijudicent autoptæ.

Speciem aliam in Herbario Bankiano nuper vidi, cui flores digyni sunt, corolla acuminata, extus hispida, nec transversè rugosa.

EXPL. TAB.

- a* Flos integer, mag. nat.
- b* Calyx lente auctus.
- c* Corolla exterior.
- d* Corolla interior.
- e* Corolla interior cum genitalibus.
- f* Genitalia separata.
- g* Stamina magis lente aucta.
- h* Stamen cum Antherâ.
- i* Styli cum Stigmatibus. } magnitudine quintuplo aucta.



Turraea virens. Lin.

TURRÆA. *Lin. Mant. 2, 150.*

DECANDRIA monogynia,

CHAR. ESSENT. *Calyx* quinque-dentatus. *Petala* quinque. *Nectarium* cylindricum, ore antheras gerens. *Capsula* pentacocca. *Semina* bina.

Turræam dixit *Linnaeus* in memoriam *Georgii à Turre*, *Historiæ Plantarum* anno 1685 *Patauii* impressæ, auctoris; vel potius melius meriti *Antonii Turræ Vicentini*, qui dissertationem de *Farsetiâ* edidit.

TURRÆA *virens. Lin. Mant. 2, 237.*

TURRÆA foliis elliptico-lanceolatis emarginatis glaberrimis, calycibus fructibusque fericeo-villosis.

Inter acervos scoriarum ad montes quondam ardentes *Indiæ Orientalis* legit *Kœnig.* 2

ARBOR vel FRUTEX sempervirens.

RAMI sparsi divaricati foliosi, cortice rimoso glabro, in junioribus tantum fericeo-villoso.

FOLIA alterna petiolata elliptico-lanceolata subacuminata emarginata integerrima margine parum revoluta, utrinque nuda lucida venosa, subtus pallidiora. *Petoli* brevissimi fericei incurvi. *Stipulae* nullæ.

FLORES laterales congesti in spicam minimam axillarem, foliolis aliquot parvis interstinctis. *Bractea* parvæ lineares villosæ.

PEDUNCULI angulati uniflori subfericei.

CALYX parvus 5 angularis persistens, totus fericeo-villosus.

PETALA lineari-lanceolata tenera nuda, ex sententia *Linnæi* flava.

Nectarium tubulosum obliquum, versus apicem paulò ampliatum, striatum, longitudine petalorum, margine decemfido, laciniis linearibus acutis deflexis patentibus.

STAMINA filamenta decem brevissima, intra os nectarii, inter ejusdem lacinias alternatim sita. *Antheræ* in fauce nectarii, subovatae marginatae.

PISTILLUM. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis declinatus, longitudine nectarii, vel ex hujus in plantâ siccâ contractione, parum e fauce eminens, deciduus. *Stigma* crassiusculum obtusum rugosum.

PERICARPIUM. *Capsula* depressa pentacocca, fericeo-villosa, decem valvis, quinque locularis, valvulis longitudinaliter dehiscentibus.

SEMINA in utroque loculamento bina, reniformia.

Obs. Nectario affinis Meliæ, Swieteniæ, Trichiliæ, fructu ab omnibus distinctissima. Clariff. Hellenius in *Ætis Holmens.* anno 1788 Turræam virentem descripsit a Lin-
næanâ certè omnino alienam, ut et aliam speciem, æque mihi ignotam, sub no-
mine T. pubescentis. Utraque mihi ob antheras in apicibus nectarii, nec inter
ejus lacinias, & fructum ignotum, dubiæ videntur.

EXPL. TAB.

- a* Petalum.
- b* Flos demptis petalis.
- c* Apex nectarii parum auctus interne visus.
- d* Stamina in situ.
- e* Calyx cum Stylo.
- f* Stigma.
- g* Fructus integer.
- h* Idem, singulo loculamento aperto.
- i* Semen.



Turraea maculata.

T U R R A E A maculata.

TURRÆA foliis nudis, calycibus glabris ciliatis.

In insulâ Madagascar legit Commerfon. *Thouin.* ½

ARBOR foliis, ut videtur, deciduis.

RAMI alterni, cortice rimoso glaberrimo.

FOLIA alterna petiolata elliptica integerrima, utrinque glabra, subtus, præcipuè ad nervos, pallidè maculata. *Petoli* recti canaliculati glabri. *Stipulæ* nullæ.

FLORES in fasciculis lateralibus, bracteis parvis acutis ciliatis interstinctis.

PEDUNCULI glabri, versus apicem crassiores, uniflori erecti.

CALYX parvus hemisphæricus glaber, margine ciliatus.

PETALA longissima linearia, apice paululum latiora extusque pubescentia, lutea.

Nectarium longitudine & colore petalorum, exactè cylindricum, valde gracile, glabrum, decem-striatum, margine decemfido laciniis lineari-lanceolatis acutis patentibus.

STAMINA in fauce nectarii.

PISTILLUM. *Germen* non vidi. *Stylus* longitudine nectarii.

FRUCTUS in exemplario deest.

EXPL. TAB.

a Flos nondum apertus.

b Calyx.

c Idem magnitudine auctus.



Turraea sericea.

TURRAEA fericea.

TURRÆA foliis utrinque villosis, calycibus pedunculisque tomentosis.

In insulâ Madagascar legit Commerfon. *Thouin.* 5

ARBOR foliis deciduis.

RAMI alterni, cortice obscuro leviter pubescente.

FOLIA alterna petiolata elliptica integerrima, utrinque (juniora faltem) mollissime villosa, nervosa, nervis rectis. *Petioli* recti villosi. *Stipulæ* nullæ.

FLORES e gemmis lateralibus, plerumque solitarii, maximi speciosi rubri cernui, dum folia adhuc tenera sunt erumpunt. *Bractæe* numerosæ acutæ villosæ.

PEDUNCULI breves crassi angulati tomentoso-incani.

CALYX campanulatus angulatus totus tomentoso-incanus nec ciliatus.

PETALA longissima (quadriuncialia) linearia recurva, apice ovata obtusa, extus incana.

Nectarium longitudine petalorum incurvum, pilosum, apice vix ampliatum, limbo decemfido, laciniiis *bifidis* linearibus acutis patentibus.

STAMINA in fauce nectarii, antheris inter lacinias eminentibus. *Antheræ* bicornes.

PISTILLUM. *Germen* mihi ignotum. *Stylus* nectario paulum longius. *Stigma* clavatum.

FRUCTUM non vidi.

EXPL. TAB.

a Apex Nectarii interne visus.

b Lacinie ejus bifide.

c Antheræ in situ.

d Stamen cum Antherâ lente aucta.

e Stigma.



S I L E N E chloraefolia.

DECANDRIA trigynia.

CHAR. ESSENT. *Cal.* ventricosus. *Petala* 5 unguiculata; coronata ad faucem. *Cap-fula* trilocularis.

Sectio * * * *Floribus ex dichotomia caulis.*

SILENE calycibus glabris clavatis, petalis femibifidis, foliis glaucis: inferioribus ovalibus, fummis cordatis amplexicaulis.

Lychnis orientalis viscosa, Centaurei lutei folio, flore longissimo. Tourn. Cor. 24.

In Armeniâ legit Tournefort.

RADIX perennis?

CAULES plurimi pedales erecti ramosi dichotomi teretes glabri.

FOLIA opposita nuda glauca subcarnosa mucronata, margine scabra; inferiora ovalia basi producta, summa cordata amplexicaulia.

PEDUNCULI longi, medio visci.

FLORES erecti maximi.

CALYX glaberrimus decem striatus clavatus subincurvus, ore quinquefido, dentibus acutis margine membranaceis.

PETALA unguibus calyce longioribus, limbis cordatis femibifidis patulis, coronata nectario bifido erecto.

STAMINA IO. 5 longitudine corollæ, 5 breviora. *Antheræ* lineares emarginatæ.

PISTILLUM. *Germen* obconicum. *Styli* staminibus longiores. *Stigmata* revoluta pubescentia.

FRUCTUS erectus. *Capsula* ovata nitida trilocularis, irregulariter dehiscens, polysperma.

EXPL. TAB.

a Calyx.

b Petalum.


c Nectarium bifidum.

d Limbus Petali.

e Germen.

fff Antheræ.

g Styli cum Stigmatibus.



Stellaria dichotoma. Lin:

STELLARIA dichotoma, *Lin.*

DECANDRIA trigynia.

CHAR. ESSENT. *Cal.* pentaphyllus patens. *Petala* quinque, bipartita. *Caps.* unilocularis, polysperma.

STELLARIA foliis ovatis sessilibus, caule dichotomo, floribus solitariis, pedunculis fructiferis reflexis. *Lin. Sp. Pl. ed. 1. 421. ed. 2. 603.*

Alfine petalis emarginatis, foliis ex cordato-ovatis, acutis. *Gmel. Sib. 4. 149.*

Habitat in Alpibus Sibiricis. ☉

RADIX annua.

CAULIS teres pubescens ramosissimus undique patulus, multoties dichotomus, foliosus multiflorus.

FOLIA duo ad omnem caulis divisionem, opposita ovata acuta sessilia pubescentia.

FLORES solitarii e dichotomiâ caulis, nequaquam paniculati, pedunculati.

PEDUNCULI teretes pubescentes, unciales, floriferi erecti, fructiferi retrofracti.

CALYX pubescens; foliolis acutis vix striatis, nervo medium percurrente, margine scariofo albo.

COROLLA alba; *Petala* longitudine calycis, ovata, apice biloba, nec profunde divisa, lobis obtusis.

STAMINA 10 filiformia subæqualia, petalis paulo breviora. *Antheræ* subrotundæ.

PISTILLUM. *Germen* globosum. *Styli* tres subdivaricati, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa recurva.


CAPSULA ovata glabra quinquevalvis, apice dehiscens, unilocularis polysperma.

SEMINA nonnulla, angulata, scabra, in globum congesta.

Obs. A Gmelino accepit Linnæus, nec inveni auctoritatem qua eam in Helvetiâ nasci dixit, botanicis Helveticis ad hanc usque diem nunquam repertam. Hallerus enim pro Stellariâ dichotomâ Lin. varietatem St. nemorum descripsit, & dein, more suo, plantas a se invicem non differre asseruit.

EXPL. TAB.

- a* Calyx.
- b* Folium calycinum auctum.
- c* Petalum.
- d* Genitalia.
- e* Stamen auctum cum Antherâ.
- f* Germen auctum cum Stylis.
- g* Capfula matura.
- h* Eadem aucta.
- i* Semen.
- k* Idem auctum.
- l* Idem transverse sectum.





Stellaria cerastoides. Lin:

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA
"INSTITUTO MEDICO"
FUNDADA POR
D. JOSE TORIBIO MEDINA

STELLARIA cerasoides, *Lin.*

DECANDRIA trigynia.

STELLARIA foliis oblongis, pedunculis subbifloris. *Lin. Sp. Pl. ed. 1. 422. ed. 2. 604. Flo. Suec. 2. No. 394. descriptio optima.*

“Habitat in Alpibus Lapponiæ Lulensis, ubi eandem legi, sed in Flora Lappo-
nica omisi obscuram plantam.” *Lin. in Flo. Suec.*

CAULES diffusi ramosi foliosi; *Rami floriferi* adscendentes nudiusculi, teretes, glabri.

FOLIA sessilia opposita ovato-oblonga obtusa utrinque glaberrima sæpe secunda.

FLORES terminales subterni longe pedunculati. *Pedunculi* teretes apice incrassati pubescenti-viscosi uniflori; medius aphyllus, laterales medio duas gerentes *bracteas* oppositas lanceolatas acutas.

CALYCIS folia lanceolata obtusa “subpubescenti-viscosa.” (LIN.)

PETALA obovata, calyce fere duplo longiora, vix semibifida, alba.

STAMINA 10, æqualia, calyce breviora. *Antheræ* subrotundæ.

PISTILLUM. *Germen* ovatum, calyce duplo brevius. *Styli* tres, calycem æquantes. *Stigmata* recurva.

FRUCTUM non vidi.

Obs. Descriptio nostra & figura ad exemplaria originalia, in Sp. Pl. & Flo. Suec. descripta, confectæ sunt. Linnæus varias plantas diversis temporibus cum istâ confudit, ut ex visu Herbarii ejus patet.


EXPL. TAB.

a Calyx.

b Petalum.

c Stamen cum Antherâ.

d Germen cum Stylis.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"TORIBIO MEDINA"



Arvensia dianthoides.

ARENARIA dianthoides.

DECANDRIA digynia.

CHAR. ESSENT. *Calyx* 5 phyllus, patens. *Petala* 5, integra. *Caps.* unilocularis, polysperma.

ARENARIA foliis linearibus margine scabris, floribus capitatis, bracteis ventricosis pedunculos superantibus.

Alfene orientalis, caryophylli folio, flore magno in capitulum congesto. *Tourn. Cor.* 17.

Sponte nascitur in Armeniâ. *Herb. Tournef.* 2

RADIX lignosa perennis.

CAULES numerosi erecti pedales teretes glabri articulati, articulis 6 vel 7.

FOLIA opposita basi connato-amplexicaulia linearia acuta glabra margine ferrulato-scabra, articulis plerumque longiora, summa bracteis assimilata breviora.

FLORES in spica vel capitulo denso terminali petiolis brevibus filiformibus, bracteis obvallati, monoici. *Bracteae inferiores* maximæ membranaceæ carinatae mucronatae ventricosæ calyces superantes; *superiores* abbreviatæ tenuiores.

CALYCIS foliola ovata obtusa membranacea glabra.

PETALA alba obovata unguiculata, calyce triplo longiora.

GENITALIA in Flore masculino.

Stamina 10, 5 longitudine corollæ, 5 breviora.

Antheræ sagittatae, omnes fertiles.

Germen ovatum abortivum. *Styli* tres, brevissimi, marcescentes.

GENITALIA in Flore femineo.

Stamina 10, brevissima. *Antheræ* membranaceæ vacuæ.

Germen ovatum. *Styli* tres, longitudine corollæ. *Stigmata* reflexa, superne pubescentia.

Capsulam maturam non vidi.

EXPL. TAB.

a Flos masculinus, demptis Petalis.

b Petalum.

cc Stamina.

d Germen abortivum.

e Flos femineus integer, pari bractearum munitus.

f Genitalia floris feminei.

g Stamina abortiva.

h Styli cum Stigmatibus perfectissimis.

*Arenaria cucubaloides.*

ARENARIA cucubaloides.

ARENARIA foliis linearibus margine scabris, panicula dichotoma pubescente, petalis obovatis.

Alfne orientalis, Caryophylli folio, viscosa, flore magno albo. *Tourn. Cor.* 17.

Alfne viscosa, longissimis & angustissimis foliis. *Amman. Rutben.* p. 66?

Sponte nascitur in Armeniâ. *Herb. Tournef.* 4

RADIX perennis sublignosa.

CAULES numerosi erecti pedales teretes glabri.

FOLIA opposita basi connato-amplexicaulia linearia acuta glabra margine scabra, superiora breviora.

PANICULA terminalis dichotoma patula pubescens viscosa.

FLORES magnitudine & facie *Lini usitatissimi*, albi. *Bractæ* acutæ, margine scariofæ, pedunculis quadruplo breviores.

CALYCIS folia ovata carinata striata acuta pubescentia viscosa, margine scariofa.

PETALA obovata, venis subpellucidis striata.

STAMINA 10, quorum 5 longitudine corollæ, 5 breviora.

PISTILLUM. *Germen* subrotundum. *Styli* 3, longitudine corollæ.

CAPSULA unilocularis ventricosa nitida, calyce vestita.

SEMINA plurima.

Obs. Differt ab *A. gypsophiloide Lin.* floribus triplo majoribus, petalis obovatis nec lanceolatis.

EXPL. TAB.

a Folium calycinum.

b Petalum.

c Genitalia.


d Anthera aucta.


e Germen cum Pistillis.

f Capsula immatura transverse secta.

g Columella.

h Semen.





Spargula laricina. Lm.

BOSTON HERBARIUM
 GEORGE ENGELMANN PAPERS
 1852

SPERGULA laricina. *Lin.*

DECANDRIA pentagynia.

CHAR. ESSENT. *Cal.* 5 phyllus. *Pet.* 5, integra. *Capf.* ovata, 1 locularis, 5 valvis.SPERGULA foliis oppositis fubulatis ciliatis fasciculatis. *Lin. Sp. Pl.* 631.Alfine foliis oppositis linearibus rigidis fasciculatis, basi ciliatis, petalis integris calyci æqualibus. *Gmel. Sib.* 4. p. 155.In Sibiria inter Jacutiam & Ochotium invenit Stellerus. *Gmelin.* 21CAULES decumbentes ramosi foliosi teretes. *Rami* floriferi adscendentes simplices, foliosi, pauciflori, subflexuosi, geniculis parum tumescentibus, glabri.

FOLIA opposita setacea, basi membranacea connata, versus basin ciliata, superficie glabra; juniora in fasciculis axillaribus solitariis.

FLORES terminales lateralesque solitarii albi, magnitudine Stellarie holostee. *Bractee* foliis similes sed breviores, nudæ.

PEDUNCULI filiformes glabri.

CALYCIS foliola lanceolata acuta trinervia glabra margine membranacea.

PETALA obovata vix calyce longiora.

STAMINA 10; 5 longitudine petalorum, 5 breviora. *Antheræ* subrotundæ.PISTILLUM. *Germen* ovatum obtusum quinque-fulcatum. *Styli* 5 filiformes patentes, vix staminibus longiores.

FRUCTUM non vidi maturum.

Pulchra & rarissima planta, paucissimis nota botanicis, nullis adhuc depicta. Cum Arenariis maxime convenit, nisi styliorum numero. Inter congeneres magis cum Spergula nodosa habet affinitatem, minus cum Sp. faginoide, cui a botanicis Anglicis ejus synonyma sæpe tribuuntur.

EXPL. TAB.

a Calyx.*b* Folium calycinum separatum.*c* Petalum.*d* Stamen.*e* Germen.*f* Styli 5.

*Rubus geoides.*

R U B U S geoides.

ICOSANDRIA polygynia.

CHAR. ESSENT. *Cal.* 5 fidus. *Petala* 5. *Bacca* composita acinis monospermis.

SeCTio ** *Herbacei.*

RUBUS foliis simplicibus ternatisque obtusis ferratis nudis, foliolo impari maximo.

In America Meridionali ad Fretum Magellanicum invenit Commerfon. *Thouin.* 4

CAULES herbacei brevissimi depressi.

FOLIA petiolata, plerumque ternata, foliolis irregulariter ferratis obtusis, utrinque glaberrimis, subtus venosis, impari maximo cordato emarginato. *Petoli* subvillosi.

FLORES solitarii hermaphroditi, pedunculis brevibus crassissimis pubescentibus, petalis subrotundis.

Obs. A Rubo Dalibardâ differt foliis ternatis glabris, ferratis potius quam crenatis, pedunculis brevibus crassis, nec filiformibus longissimis, petalis subrotundis nec lanceolatis.

EXPL. TAB.

a Petalum.



Rubus Dalibarda. Lin.

RUBUS Dalibarda, *Lin.*

Seçtio ** *Herbacei.*

RUBUS foliis simplicibus cordatis indiviis crenatis, scapo aphylo unifloro. *Lin. Sp. Pl.* 708.

Dalibarda repens. *Lin. Sp. Pl.* 1. 491.

E Canada adtulit Kalm. *Herb. Lin.* In horto regio Kewensi quondam vigit, fed jamdudum periit, et tandem anno 1788 ex Americâ Septentrionali recepta est. 4

RADIX repens fibrofa.

STOLONES prostrati herbacei.

FOLIA alterna petiolata erecta cordata obtufa, inæqualiter crenata, venofa, fupra pilis raris adfperfa, fubtus nuda, Violæ familia fed firmiora, fubinde rubicunda. *Petioli* pilofi foliis longiores.

PEDUNCULI folitarii aphylli filiformes pilofi uniflori, longitudine petiolorum.

FLORES hermaphroditi albi parvi.

CALYX quinquepartitus, laciniis lanceolatis acutis pubefcentibus.

PETALA ovato-lanceolata, calyce vix longiora.

STAMINA capillaria, longitudine petalorum, numeroſa. *Antheræ* parvæ fubrotundæ.

PISTILLUM. *Germina* 5? parva pilofa. *Styli* breviffimi.

PERICARPIUM. *Bacca* compofita exfucca. *Semina* 5, ovata acutiufcula, in planta ficca fuperficie corrugatâ.

OBS. Hill in peſſimo libro *Vegetable System*, Vol. 16. tab. 11. figuram nomine Rubi Dalibardæ evulgavit, quæ nil niſi icon vitioſa Rubi Chamæmori, e *Gerardo emaculato*, p. 1420, parum mutata, eſt. Hinc plantam rariſſimam Canadæ, in montibus Angliæ borealibus naſci, falſo aſſeruit.

EXPL. TAB.

a Flos.

b Petalum.

c Stamen.

d Fructus maturus.

e Unus ex quinque Acinis exfuccis microſcopio auctus.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
MUSEO TORIBIO MEDINA

Sonchus alpinus. Lin.

SONCHUS alpinus, *Lin.*

SYNGENESIA Polyg. æqualis.

CHAR. ESSENT. *Recept.* nudum. *Cal.* imbricatus, ventricosus. *Pappus* pilosus.SONCHUS pedunculis squamosis, floribus racemosis, *Lin. Sp. Pl. ed. 1.* 794. foliis runcinatis. *Sp. Pl. 2.* 1117.S. Lapponum altissimus, floribus cæruleis. *Lin. Flo. Lapp.* 231.

Ad latera alpium Lapponiæ admodum vulgarem invenit Linnæus in itinere celeberrimo anno 1732. ○

CAULIS simplex erectus teres striatus glaucescens, “ sæpe humanæ altitudinis & majoris.” *Lin.*

FOLIA alterna runcinata irregulariter dentata glabra, subtus glauca, laciniâ terminali vix reliquis majori.

RACEMUS compositus foliosus longissimus terminalis erectus multiflorus, floribus erectis,

PEDUNCULI ramosi, toti obtekti bracteis alternis triangularibus acutis glabris.

CALYX oblongus basi ventricosus glaber, squamis lanceolatis acutis viridibus margine pallido.

COROLLA “ cærulea.” *Lin.*

RECEPTACULUM nudum.

SEMINA coarctata striata. *Pappus* simplex sessilis oculo armato scaber.OBS. Sonchum alpinum verum Linnæi in nullo herbario, nisi in meo & Lecheano hodiè apud Nob. Banks, vidi. Omnes enim auctores, neglectâ differentiâ specificâ Linnæi, quæ optima, synonymis ejus qua falsa sunt inconsultè fidentes, omnino erraverunt, plantam pro Soncho alpino offerentes nullo modo cum descriptione ejus convenientem, quæ, quamvis in alpiibus Europæis ubique vulgaris, proculdubio est S. Canadensis *Lin.* ut ex specimine Kalmiano in *Herb. Lin. e Canadâ* patet. Notandum est quod synonymon Gronovii ad S. Canadensem a Linnæo relatum, reverà ad S. Floridanum pertinet.

EXPL. TAB.

a Flos pedunculo squamato insidens.

b Flofculus cum genitalibus.

c Semen cum pappo.

d Idem lente auctum.



Lobelia columnea. Lin.

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
JOSE TORIBIO MEDINA

LOBELIA Columneae, *Lin.*

SYNGENESIA monogamia.

CHAR. ESSENT. *Cal.* 5 fidus. *Cor.* monopetala, irregularis. *Capf.* infera, bi sive trilocularis.

Sectio ** Foliis integerrimis.

LOBELIA foliis oblongis obtusis revolutis rugosissimis supra lucidis subtus tomentosis.

L. foliis oblongis obtusis crenatis glaberrimis, subtus tomentoso-albis, caule corollisque pulverulentis. *Lin. Supp.* 393.

E Nova Granada misit Mutis. 4 vel 5

RAMUS (an Caulis ?) sublignosus angulatus, tomentoso-pulverulentus, præcipue versus apicem, foliosus.

FOLIA sparsa petiolata ovali-oblonga obtusa reticulato-venosa rugosissima, margine revoluta, supra, nisi in junioribus, glabra lucida, subtus omnia densissime tomentosa, venis crassis exstantibus. Margo ipse foliorum integerrimus; sed cum marginis revolutio ill. Linnæum fefellerit, venularum interstitia, ad margines ultra circumferentiam revolutam prominentia, pro margine habebat, & inde folia *crenata* dixit. *Petioli* canaliculati pulverulenti.

FLORES axillares folitarii pedunculati.

CALYX pulverulentus hemisphæricus decangulatus quinquedentatus, dentibus linearibus erectis corollæ adpressis.

COROLLA incurva, medio parum ventricosa, 5 angularis, limbi laciniis inæqualibus linearibus, externe pulverulenta.

STAMINA corollâ paulo longiora. *Antheræ* coalitæ in cylindrum obliquum incurvum glabrum, apice sub stigmate barbatum.

PISTILLUM. *Stylus* staminibus paulo longior. *Stigma* obtusum.

CAPSULA (unica quam vidi) quadrivalvis, valvulis apice dehiscentibus recurvis glabris.

Obs. Descriptio in *Supp. Plant.* quoad maximam partem est Linnæi patris, non vero differentia specifica; ut patet ex manuscriptis ejus in bibliothecâ. Magnam affinitatem, quæ quidem me fefellit, suspicatus erat vir illustris inter hanc plantam & Columneam scandentem.

EX PL. TAB.

a Calyx cum Pistillo.

b Stigma.

c Flos longitudinaliter fissus cum Stamina in situ.

Omnia ex icone Mutisii.

d Antheræ coalitæ.

e Barbula.

Ex ipsâ plantâ in Herb. Lin.



BIBLIOTHECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORILIO MEDINA"

Arethusa biplumata. Lin.

ARETHUSA biplumata, *Lin. fil.*

GYNANDRIA diandria.

CHAR. ESSENT. “*Nectarium* tubulosum intra corollæ fundum : labio inferiore stylo adnato.” *Lin.*

ARETHUSA scapo vaginato, spatha cucullata, petalis duobus inferioribus elongatis superiore latere barbatis. *Lin. fil. in Supp.* 405.

In Americâ Meridionali ad Fretum Magellanicum legit Commerçon. *Thouin.*

RADIX

CAULIS simplicissimus pedalis erectus.

FOLIA *radicalia* lineari-lanceolata acuta, basi membranacea, equitantia ; *caulina* 6 vel 7, membranacea acuta vaginantia alterna, caulem obvestientia : supremum spathæ vicem gerens latius, altitudine floris.

FLOS solitarius terminalis erectus formosus purpureus ?

GERMEN inferum obconicum glabrum.

COROLLA pentapetala, petalis duplici ordine positis.

PETALA *tria exteriora* longiora irregularia : *superius* subfornicatum acutum nudum ; *duo inferiora* subulata, basi latissima, ascendentia, latere superiori versus apicem pilis vel glandulis stipitatis subclavatis barbata.

PETALA *duo interiora* breviora opposita subrhombea acuta venis, purpureis reticulata.

NECTARIUM vel GENITALIA nec Linnæus neque ipse vidi.

Obs. Descriptionem in Supp. quæ inter optimas Linnæi filii habeatur, plerumque secutus sum. Ad iconem plantæ magnitudine naturali unum ex petalis barbatis, magnitudine parum auctum, adposui. Vide fig. a.



Passiflora adulterina. Lin.

PASSIFLORA adulterina, *Lin.*

GYNANDRIA pentandria.

CHAR. ESSENT. Trigyna. Petala 10. Nectarium corona. Bacca pedicellata.

Sectio * *Foliis indivisis.*

PASSIFLORA foliis oblongo-ovalibus integris, floribus tubulosis. *Lin. Supp.* 408.
calycibus triphyllis.

Misit ex Nova Granada Mutis. 2

CAULIS scandens angulatus, passim lanuginosus. Cirrhi axillares simplices spirales
glabri.

FOLIA alterna petiolata ovata integra, margine revoluta, subdenticulata, venosa, su-
pra glabra, subtus lanuginosa.

Stipulae binæ, lineari-lanceolatae, dentatae, acutae.

FLORES solitarii pedunculati axillares penduli purpurei.

Pedunculi teretes glabri.

CALYX triphyllus glaber deciduus, tubo multo brevior.

COROLLA tubulosa ut in *Gardenia Thunbergia*, persistens.

Tubus longitudine digiti, subangulatus, glaber.

Limbus decapetalus; petalis ovatis concavis, infra apicem mucronatis; quinque
exterioribus crassioribus, interioribus tenuioribus magisque coloratis.

Nectarium in fauce brevissimum.

GENITALIUM *Pedicellus* longitudine tubi. *Stamina* prope germen inserta, patentia.
Antherae incumbentes.

STYLI tres, divaricati. *Stigmata* crassa.

BACCA ovata maculata.

OBS. Figuræ hujus et sequentis delineatæ sunt ex iconibus nondum editis Mutiffi in *Suppl. Lin.* citatis, ad plantam vivam factis; hinc omnia magnitudine naturali repræsentantur, passim ex plantâ siccâ correctâ.

EXPL. TAB.

a Corolla longitudinaliter fissa.

b Nectaria.

cc Antheræ.

dd Stigmata.

Ex icone Mutiffiana.



Passiflora mixta. Lin.

PASSIFLORA mixta, *Lin.*

Sectio *** *Foliis trilobis.*

PASSIFLORA foliis trifidis ferratis, floribus tubulosis. *Lin. Supp.* 408. calycibus monophyllis.

Misit ex Nova Granada Mutis. *h*

CAULIS scandens angulatus glaber.

Cirrho axillares simplices spirales glabri.

FOLIA alterna petiolata trifida, lobis æqualibus divaricatis acutis, denticulato-ferrata, utrinque glaberrima, subtus venosa.

Stipulae binæ lunares amplexicaules apice acutæ, dentatæ.

FLORES folitarii pedunculati axillares nutantes rubri.

Pedunculi teretes pubescentes.

CALYX monophyllus tubulosus pubescens, apice tri-vel quinquefidus, corolla triplo brevior.

COROLLA tubulosa, tota ante explicationem mollissime pubescens.

Tubus longitudine digiti, teres pubescens.

Limbus decapetalus, petalis ovatis; quinque exterioribus dorso pubescentibus, acumine filiformi, pubescenti, infra apicem terminatis; interioribus glabris, acumine minimo.

Nectarium in fauce brevissimum.


GENITALIUM *Pedicellus* longitudine tubi. *Stamina* prope germen inserta, patentia. *Antheræ* incumbentes.

STYLI tres divaricati. *Stigmata* obtusa.

BACCA obovata, glabra.

OBS. Ex hisce duabus speciebus præcipue discimus *Passifloram* decapetalam esse, et quod Linnæus in *Diff. Am. Acad.* I. p. 217. pro involucri habuit, verum esse calycem.

EXPL.



EXPL. TAB.

a Corolla longitudinaliter fissa.

b Nectaria.

c Calyx fissus.

d Calyx marcidus persistens.

e e Antheræ.

ff Stigmata.

g Germen.

h Sectio Fructûs maturi.

i Pulpa seminibus repleta.

Ex icone Mutifianâ.





Salvia tubiflora?

SALVIA tubiflora.

CHAR. ESSENT. *Vide Num. V.*

SALVIA foliis cordatis crenatis subpilosis, calycibus trifidis, corollis longissimis tubulosis, staminibus exsertis.

Habitat *Huauacæ* in agro Limenfi. *Dombey. Thouin.*

CAULIS suffruticosus, subtetragonus, striatus, supernè villosus.

FOLIA opposita, petiolata, cordata, crenata, venosa; supra glabriuscula; subtus pallidiora, nervis margineque pilosis. *Petoli* foliis breviores, pilosi. *Stipulæ* nullæ.

SPICA terminalis, verticillata, erecta. *Verticilli* subbiflori. *Bractææ* oppositæ, ovatæ, mucronatæ, nervosæ, pilosæ, deciduæ. *Pedunculi* filiformes, calyce breviores, densè lanati, uniflori, fecundi.

CALYX tubulosus, parum ventricosus, nervosus, trifidus, laciniis subæqualibus acutis, extus lanatus, intus scaber.

COROLLA calyce triplo longior, tubulosa, incurva, coccinea, extus pilosa; limbo bifido, laciniis ferè æqualibus, vix ringentibus.

STAMINA longissima, exserta, glabra. *Antheræ* incumbentes.

PISTILLUM. *Germen* non vidi. *Stylus* longitudine staminum, glaber. *Stigma* bifidum, laciniis acutis, recurvis, glabris.

FRUCTUM nondum vidi.

OBS. Folia exsiccata vix aromatica nec multum amara sunt. Flores admodum speciosos, figuræ in hoc genere valdè singularis, cum unicum tantum specimen mihi cesserit, ad partes dissecandas delineandasque dilacerare nolui; at probè luci clariori oppositos perspicies, stamina omnino *Salviæ* vidi.

Salvia coccinea *Linn.* formosa *L'Herit.* tubiflora & amethystina nostræ omnes affines sunt, quamvis specie distinctissimæ.



Salvia amethystina

SALVIA amethystina.

SALVIA foliis cordatis acutis ferratis subtus lanatis, verticillis nudis, calycibus trifidis, corollis pubescentibus.

In Nova Granada legit Escallonium. *Mutis.*

CAULIS suffruticosus, obtusè tetragonus, hirtus.

FOLIA opposita, petiolata, cordato-oblonga, acuta, densè ferrata, rugosa; suprà virida, hirta; subtus densissimè lanata, alba. *Petiolì angulati, hirti, vix longitudine foliorum. Stipule nullæ.*

RACEMUS terminalis, erectiusculus, verticillatus. *Verticilli remotiusculi, subsexflori, ebracteati. Pedunculi vix longitudine calycis, patentes, teretes, hirti, uniflori. Omnes verticilli eodem ferè tempore unum aut alterum florem trudent, deinde alios eadem lege, neque ut in cæteris, infimus verticillus prior omnes flores explicat, inde penultimus, &c.*

CALYX campanulatus, angulatus, ringens, hirtus; apice coloratus, intus scaber. *Labium superius integrum, acutum, mucrone incurvo; inferius bifidum.*

COROLLA calyce duplo longior, vividissimè violacea. *Labium superius fornicatum, obtusum, integrum, extus densè barbatum, ad marginem tantum nudum; inferius trilobum, extus pubescens; palatum rugosum, glabrum, pallidum.*

STAMINA corollâ breviora.

PISTILLUM. *Germen non vidi. Stylus exsertus, incurvus, violaceus, hirtus. Stigma bifidum, laciniis patentibus, acutis, glabris.*

SEMINA quatuor, obovata, glabra.

OBS. Post Salviam coccineam *Linn.* collocanda. Odor in plantâ sicca nulla, nec gustus aromaticus, sed folia omnium amarissima sunt ut ferè radices Gentianarum.

EXPL. TAB.

a Sectio calycis, cum fructu in suo situ.

b Portio labii calycis inferioris, internè visa, lentè aucta.

c Semen.



Nerteria depressa. Gart.

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSE TORIBIO MEDINA"

N E R T E R I A.

Nertera. *Gærtner Sem. p. 124.*

Gomozia. *Linn. Supp. 17.*

Gomezia. *Mutis MSS.*

TETRANDRIA Digynia.

CHAR. ESSENT. *Corolla* infundibuliformis, quadrifida, fupera. *Bacca* bilocularis. *Semina* solitaria.

Nomen e voce Græcâ Νέρτερος inferus, scilicet sub terra jacens, dedit immortalis Solander.

NERTERIA depressa.

Nertera depressa. *Gærtn. loc. citat. Herb. Banks.*

Gomozia Granadenfis. *Linn. Supp. 129.*

In Novæ Granadæ locis humidis & paludosis frequentissimè legit Mutis. ☉

RADIX fibrosa, annua.

CAULES herbacei, procumbentes, ad geniculos radicanter, ramosi, foliosi, filiformes, subangulati, glabri. *Ramiuli* axillares, oppositi, erecti, uniflori, breves.

FOLIA opposita, petiolata, orbiculato-cordata, obtusiuscula, integerrima, lævia; *caulina* patentia; *ramea* erecto-adpressa. *Petioluli* teretiusculi, supra fulcati, longitudine fere foliorum.

FLORES solitarii in apicibus ramulorum, sessiles, pallidi. *Bractæe* duæ, oppositæ, acutæ, minutissimæ.

CALYX "nullus, nisi margo germinis minimus, vix quadridentatus." *Mutis.*

COROLLA monopetala, infundibuliformis. *Tubus* sensim ampliatus, brevis. *Limbus* quadrifidus, laciniis acutis, reflexis, tubo brevioribus.

STAMINA. *Filamenta* quatuor, æqualia, basi corollæ inserta, filiformia, erecto-patentia, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, bilobæ, erectæ, flavæ.

PISTILLUM. *Germen* inferum, ovale, subcompressum, læve. *Styli* duo, basi connati, filiformes, glabri, longitudine staminum. *Stigmata* acuta, reflexa, divaricata.

BACCA globosa, apice puncto minimo umbilicata, bilocularis, succulenta, glaberrima, rubra, magnitudine Pisi.

SEMINA duo, oblonga, introrsum plana, extrorsum convexa.

OBS.

Obs. Descriptionem confeci e speciminibus & manuscriptis Mutisianis, a Linnæanâ paulò diversam. Nomen plantæ a Linnæo datum vix mutavissem, nisi quod *Gomezia*, omnino absonum & erroneum, stare nequit. Neque placet *Gomezia*, cum Mutis in manuscriptis nihil de ratione ejus memorat, nec botanicus ullus hujusce nominis occurrit. *Nerteriam* itaque ex *Nerterâ* (voce rectius ad etymologiæ normam reformatâ), prout in libro classico Gærtneri jam consecratum fuit, libentius cooptavi.

Genus *Manettia* affine.

EXPL. TAB.

- a* Flos magn. nat.
- b* Idem auctus.
- c* Stamen auctum cum antherâ.
- d* Fructus mag. nat.
- e* Idem transverse sectus.
- ff* Semina.
- g* Semen auctum transverse sectum ex Gærtnero.



BIBLIOTECA NAT.
 BIBLIOTHECA AMER. NAT.
 "JOSE TORIBIO MEDINA"

Lesianthus glaber Linn.

LISIANTHUS glaber, *Linn.*

PENTANDRIA Monogynia. *Fl. monopetali, inferi, angiospermi.*

CHAR. ESSENT. *Corolla* infundibuliformis, ventricosa, laciniis recurvatis. *Stigma* bilamellatum. *Caps.* bilocularis, bivalvis, dissepimento parallelo e marginibus valvularum inflexis, polysperma.

LISIANTHUS glaber, foliis ovatis petiolatis, corymbis terminalibus. *Linn. Supp.* 134.

In Americâ Meridionali legit Mutis.

RADIX

CAULIS erectus, ramofus, teres, foliosus, glaber uti tota planta. *Ramuli* ex axillis foliorum superiorum, apice floriferi.

FOLIA opposita, petiolata, ovalia potius quam ovata, acuta, integerrima, venosa, subtus pallidiora. *Petioles* breves, connato-amplexicaules, carinati. *Stipulae* nullae.

FLORES in umbellis simplicibus, paucifloris, caulem ramulosque terminantes. *Pedunculis* partiales, erecti, uniflori. *Bracteae* foliis similes sed minores, binæ vel ternæ ad basin singulæ umbellæ.

CALYX campanulatus, quinquefidus, laciniis inæqualibus, margine membranaceis, acutis.

COROLLA calyce quintuplo longior, campanulato-infundibuliformis, limbo quinquefido, laciniis æqualibus, acutis, lutea.

STAMINA. *Filamenta* quinque, tubo corollæ versus basin inferta, æqualia, longitudine corollæ. *Antheræ* didymæ cordatæ-oblongæ, antice dehiscentes.

PISTILLUM. *Germen* superum, ovatum. *Stylus* cylindricus, longitudine staminum, post anthesin contortus. *Stigma* bilobum, laciniis obovatis, planis.

CAPSULA ovata, acuta, bilocularis, bivalvis, valvulis inflexis dissepimentum constituentibus.

SEMINA numerosa, parva.

EXPL. TAB.

a Calyx cum pistillo.

b Corolla longitudinaliter fissâ, cum staminibus in situ.

c Anthera postice.


d Eadem antice.

e Germen cum stylo.

ff Stigma.

g Capsula.

Omnia ex castigatâ iconè Mutisianâ.





BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"



Escallonia myrtilloides Linn.

ESCALLONIA, *Linn. Supp.* 21.

PENTANDRIA monogynia.

Flores pentapetali, superi.

CHAR. ESSENT. *Bacca bilocularis, polysperma. Calyx cingens fructum. Stigma capitatum.*

Nomen dedit Linnæus filius in honorem Domini Escallon, in botanicis, philosophicis & mathematicis Mutisi alumni & individui comitis, qui hanc plantam aliasque innumeras rarissimas in peregrinationibus per Novam Granadam invenit & cum Linnæo patre & filio communicavit.

ESCALLONIA myrtilloides. *Linn. Supp.* 156.

ESCALLONIA foliis ferrulatis mucronulatis subtus venosis.

In Novâ Granadâ legit Escalloniûs. 2

FRUTEX ramosus, foliosus.

RAMI virgati, obsoletè angulati, cortice glabro, rimoso, deciduo. *Ramuli alterni, patentes, angulati, densè foliosi, uniflori.*

FOLIA alterna, patentia, obovata, obtusa cum mucronulo, minutè ferrulata, præcipue versus apicem, utrinque lævia, supra fere avenia, subtus pallidiora, venosa, basi attenuata in *Petiolum* brevem, canaliculatum, decurrentem, margine magis vel minus glanduloso-ciliatum. *Stipule nullæ.*

FLORES terminales, solitarii, pedunculati, erecti. *Bractæe nullæ, nisi folia parva aliis simillima, sed manifestius ferrata, flori approximata.*

PEDUNCULI rectiusculi, angulati, glandulosi.

CALYX quinquefidus, persistens; laciniis erecto-patentibus, carinatis, acuminatis, apice recurvis, margine subpubescentibus.

PETALA quinque, erecta, apice recurva, linguæformia, obtusa, calyce vix duplo longiora.

STAMINA laciniis calycis opposita, petalis alterna brevioraque, adscendentia. *Filamenta glabra. Antheræ dorso filamentis adnatæ, oblongæ, emarginatæ, biloculares, incumbentes.*

PISTIL-

PISTILLUM. *Germen* femi-inferum depresso-subrotundum. *Stylus* erectus, obsoletè angulatus, longitudine staminum. *Stigma* capitatum, umbilicatum.

BACCA magnitudine pisi, subrotunda, calyce persistente parum aucto cincta, operculata, stylo persistente terminata. Semoto operculo, quod spontè decidere non videtur, pulpa conspicitur bilocularis, feminibus repleta parvis, nidulantibus, numerosissimis.

EXPL. TAB.

a Folium plantæ separatum cum petiolo glanduloso-ciliato.

b Petalum.

c Stamen cum antherâ anticè visum.

d Idem a tergo.

e Idem lateraliter.

f Pars fructûs quæ supra calycem abscissa.


g Stylus persistens.

h Sectio transversa fructûs, cum calyce.

i Sectio fructûs longitudinalis cum calyce styloque.

k Semen.

l Idem parum lente auctum.





BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"



Escallonia serrata.

ESCALLONIA ferrata.

ESCALLONIA foliis ferratis subretusis subtus aveniis.

In Americâ Meridionali ad Fretum Magellanicum legit Commerſon. *Thouin.*

In *Terra del fuego*. *Archib. Menzies.* ½

FRUTEX humilis, ramosissimus, foliosus, glaber, habitu *Vaccinii*.

RAMI alterni, angulati, subflexuosi, cortice glabro, pallido. *Ramuli* alterni, rectiusculi, foliosi, uniflori, virides.

FOLIA in ramulis tantum præſentis anni, decidua, alterna, petiolata, obovata, obtuſa, sæpe etiam retuſa, cum acumine, ferrata, utrinque lævia, ſupra obſoletè venoſa, ſubtus pallida plane avenia, nervo medium percurrente; baſi attenuata in *Petiolum* brevem, canaliculatum, carinatum, margine integerrimum. *Stipulæ* nullæ.

FLORES terminales, ſolitarii, pedunculati, erecti, pulcherrimi, lactei, germine violaceo. *Bractææ* nullæ.

PEDUNCULI breves, teretes, apice incrassati, incurvi, glabri.

CALYX quinquefidus, perſiſtens; laciniis patentibus, deltoideis, acutis, carinatis, ſubcarnoſis, glabris, ſubtus pallidis, ſupernè coloratis.

PETALA quinque, patentia, linguæformia, obtuſa, calyce triplo longiora, lactea.

STAMINA laciniis calycis oppoſita inter petala, adſcendentia, petalis duplo breviora. *Filamenta* baſi latiora, glabra. *Antheræ* dorſo filamentis adnatæ, ſubrotundæ, emarginatæ, biloculares, incumbentes.

PISTILLUM. *Germen* ſemi-inferum, ſubrotundum. *Stylus* erectus, teres, brevis. *Stigma* capitato-depreſſum.

BACCA parva, ſubrotunda, per hyemem perſiſtens, calyce cinctâ, operculata, ſtylo perſiſtente coronata; operculo circumſciſſo prope calycem demum decidente, in conſpectum venit pulpa bilocularis, feminibus parvis nidulantibus repleta.

OBS. Omnes partes fructificationis, exceptis petalis, triplo minores ſunt quam in *E. myrtilloide*.

EXPL. TAB.

- a* Fructus cum calyce styloque.
- b* Ejusdem sectio perpendicularis.
- c* Calyx.
- d* Stigma.
- e* Semina.
- f* Operculum fructûs maturi separatum.
- g* Fructus maturus, detracto operculo.
- h* Idem magnitudine auctus, semoto dimidio pulpæ.
- i* Petalum.
- k* Stamen cum antherâ.
- l* Anthera a tergo visâ, lente aucta.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AGRICOLA
MUSEO TORIBIO DE ROSA

Ehrharta longiflora.

EHRHARTA longiflora.

HEXANDRIA Digynia. *pone Oryzani.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* Gluma bivalvis, uniflora. *Corolla* duplex; utraque bivalvis: exterior carinata, compressa.

EHRHARTA culmo simplici, paniculâ ramosâ multiflorâ, corollâ exteriori mucronatâ tuberculato-hispidâ, floribus triandris.

Ad Prom. Bonæ Spei legit Masson. *Herb. Banks.* Herb. Lin. ex eadem regione relata adest nescio quo lecta botanico.

RADIX fibrosus, albidus.

CULMI plures, simplices, erecti, articulati, foliosi, teretes, striati, glaberrimi.

FOLIA vaginantia, lineari-lanceolata, acuta, nervosa, striata, glabra, margine scabra. *Vagina* sæpe longitudine articuli caulis, striata, glabra, tumidiuscula, apice coarctata, stipulifera. *Stipula* solitaria, intrafoliacea, erecta, brevis, multifido-laciniata, fusca.

PANICULA terminalis, erecta, multiflora, ramosa. *Rami* conferti, magis vel minus subdivisi, glabri.

PEDUNCULI conferti vel solitarii, simplices vel divisi, capillares, recti, scabri, apice incrassati.

FLORES erecti, magni, hermaphroditi, triandri.

CALYCIS Valvulæ carinatae, inæquales, corollâ multo breviores, nervosæ, nitidæ, purpurascens, muticæ; *exterior* ovata, acuta, septemnervia; *interior* subrotunda, obtusa cum mucrone, quinquenervia.

COROLLA Gluma duplex, compressa, pallide viridis.

Exterior longissima, recta, valvulis subæqualibus, subprismaticis, basi lævibus, rarissimè inter angulos obsolete rugosis, apicem versus tuberculato-hispidis, mucronato-pungentibus. *Valvula exterior* obovata, ad basin fasciculo villorum albidorum dorsali munita: *interior* supra alteram imposita, corollam interiorem genitaliaque amplectens, ovata, basi excisa, utrinque ad excisionem fasciculo villorum ornata.

Interior exteriori opposita, nec contraria, multoque brevior, mutica, glabra. *Valvula exterior* ovata, arcuè compressa, acuta, nervosa: *interior* multo angustior, lineari-lanceolata, membranacea, dorso sub-bicarinata.

Neetarium nullum inveni.

STAMINA tria, nec in floribus omnibus quos diffecare licuit inveni plura. *Filamenta* brevissima, tenuissima, æqualia. *Antheræ* ovatae, apice basique bifidae, biloculares, flavæ, crescente germine a filamentis avelluntur, & stylis suffulti ad apicem floris elevantur.


PISTILLUM in eodem flore. *Germen* ovale, compressum, glabrum. *Styli* duo, brevissimi, erecti. *Stigmata* crinita, albida.

SEMEN unicum, ovale, nudum.

EXPL. TAB.

- a* Flos magnitudine naturali.
- b* Calyx duplo auctus.
- c* Corolla exterior.
- d d* Fasciculi villorum.
- e* Corolla interior.
- f* Genitalia magn. nat.
- g* Stamen cum antherâ multum auctâ.
- h* Germen cum stylis.
- i* Germen maturius delapsis stylis.



*Ehrharta calycina.*

EHRHARTA calycina.

EHRHARTA culmo ramofo, paniculâ fubfimplici, calyce colorato corollam æquante.

Aira capenfis. *Linn. Supp.* 108.

E Promontorio Bonæ Spei adtulit Sparrmann. *Herb. Linn.*

CULMUS ramofiffimus, geniculatus, foliofus, teres, ftriatus, glaber. *Rami* alterni.

FOLIA vaginantia, linearia, acuta, ftriata, fubtus leviffimè pubefcentia, margine fubciliata. *Vagina* geniculo caulis paulò brevior, ftriata, apice coarctata, ftipulifera. *Stipula* folitaris, intrafoliacea, erecta, multifido-capillaris, alba, utrinque definens in proceffum laminæ folii membranaceum, femilunarem, horizontalem, fufcum, fetis albis ciliatum, caulem amplexantem.

PANICULÆ terminales, fubfimplices.

PEDUNCULI fæpius quaterni, uniflori, rarius biflori, capillares, recti, apice incralfati, fubfecundi.

FLORES magnitudine E. paniceæ, erecti, monoici.

CALYCIS Valvulæ carinatae, fubæquales, longitudine corollæ, fcabriufculæ, ftriatae, muticæ, bafi dorfoque virides, apice margineque coloratæ rubræ vel albæ. *Interior* ovata; *exterior* parum anguftior, linearis.

COROLLA Gluma duplex, compreffa, mutica, longitudine calycis, viridis, fuperficie plana nec rugofa.

Exterior inæqualis, extus pilofa, valvulis fubdiftantibus. *Valvula exterior* brevior, multum anguftior, linearis, obtufa cum acumine, non vero mucronata; *interior* ovata, obtufa, apice compreffa, fcabriufcula, bafi æqualis, nec manifèfte excifa, corollam interiorem genitaliaque amplectens. *Villis* ad bafin caret.

Interior æqualis, exteriori contraria, glabra. *Valvula* ovato-lanceolata, concavæ, conniventes, altero margine arcuè connexæ, genitalia foventes.

Neftarium. *Membranule* duæ, albæ, integræ, rotundatæ, inter calycem et corollam.

STAMINA fex. *Filamenta* breviffima, æqualia. *Antheræ* lineares, apice bafique bifidæ, erectæ, flavæ, multo majores quam in E. paniceâ, totam fere cavitatem corollæ interioris occupantes, & demum exfertæ. *Pifilli* rudimentum in flore mafculino nullum.

PISTILLUM *in altero flore.* *Germen* ovale, parvum, glabrum, fetis aliquot longis albis circumdatum, quæ forſitan ſint filamenta ſterilia. *Styli* duo, breves, patuli, albi. *Stigmata* crinita, fuſca, altero latere floris exſerta inter corollam interiorem & valvulam interiorem exterioris.

SEMEN unicum, nudum.

OBS. Anne flores ſemper monoici ſint neſcio. Cum antheriferi in meo exemplario decuplo numeroſiores quam fœminei ſunt, piſtilla nondum exſerta forſitan in aliquibus latere ſuſpicatus ſum; ſed me certioreſ facere, abſque totali ſpeciminis deſtructione, non potui.

EXPL. TAB.

- a* Portio folii cum ſtipulâ, magn. nat.
- b* Eadem lente auſta.
- c* Stipula.
- d* Proceſſus folii.
- e* Flos magn. nat.
- f* Calyx duplo auſtus.
- g* Corolla exterior.
- h* Nectarium.
- i* Corolla interior ſtamina fovens.
- k* Eadem aperta cum ſtaminibus in ſitu.
- l* Stamen ſeorſim cum antherâ.
- m* Flos fœmineus.
- n* Germen e corollâ ſeparatum.
- o* Stigmata.
- p p* Setæ longitudine inæquales.

Species Ehrhartæ mihi cognitæ quinque ſunt.

* *Floribus monogynis.*

1. *E. cartilaginea* culmo indiviſo, paniculâ ſimplici, corollâ exteriori retuſâ ſubmuticâ, foliorum margine cartilagineo criſpo.

E. capenſis. *Thunb. Act. Holm. ann. 1779, p. 216.*

E. Mnemateia. *Linn. Supp. 209.*

2. *E. bulbosa*



*Daphne pendula?*

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AGRICOLA
"JOSE TORIBIO MEDINA"

DAPHNE pendula.

OCTANDRIA Monogynia. Flores incompleti.

CHAR. ESSENT. Calyx quadrifidus, corollinus, marcescens, stamina includens.
Bacca monosperma.

Sectio * Flores laterales.

DAPHNE capitulis lateralibus pedunculatis involucrentibus nutantibus, foliis lanceolato-ellipticis alternis glabris.

Scopolia composita. Linn. Supp. 409.

In Java infula legit Thunberg. Linn. Fil. 7

ARBOR vel FRUTEX ramis alternis, teretibus, apice foliosis. Cortex, glaber, fuscus.
Liber valde filamentosus, fericeus, albus, ut in affinibus plurimis.

FOLIA alterna, breviter petiolata, lanceolato-elliptica, acuta, sub-inæquilateralia, integerrima, venosa, supra glabra, subtus lævia pallidioraque, decidua; primordia minuta, stipulæformia, dorso fericea, abortiva. Stipule nullæ.

FLORES in capitulis lateralibus, nutantibus, solitariis, ex axillis foliorum præcedentis anni, bene expansos nondum vidi. Bractæ ad basin pedunculorum, binæ, parvæ, erectæ, lineares, obtusæ, extus pilosæ.

PEDUNCULI unciales, teretes, glabri, apicem versus sensim incrassati.

INVOLUCRUM diphyllum, multiflorum; foliis obovatis, obtusis, concavis, integerrimis, floribus parum longioribus, extus pubescentibus, obsolete nervosis.

CALYX subcylindricus, albus, extus hirsutissimus, quadrifidus; laciniis parvis, acutiusculis, duabus interioribus minoribus, glabris.

STAMINA. Filamenta octo, tenuissima, brevissima, tubo inferta, neque apicem attingentia, quorum quatuor superiora laciniis calycinis opposita, inferiora alterna. Antheræ subrotundæ, biloculares, erectæ, flavæ.

PISTILLUM. Germen in fundo calycis, ovatum, lateribus glabrum, apice fetis creberrimis, numerosis, longitudine styli terminatum. Stylus e centro germinis inter fetas, brevis, vix stamina inferiora attingens. Stigma capitatum, depresso-planum, majusculum, glabrum.

FRUCTUM non vidi.

OBS. Maxime miror Linnæum filium hujusce plantæ genitalia tam male intellexisse, affinitatemque ejus cum Daphnis nunquam animadvertisse. Dubius hærebam anne Daidibus ob involucri præsentiam affociarem; sed cum structura floris numerusque partium omnino Daphnes nec Daidis sint; cum præterea involucrum potius bracteas quæ in aliquot Daphnis floribus sessilibus conspiciuntur quam involucrum Daidis refert, Daphnis tutius conscribendam censeo.

EXPL. TAB.

- a Flos nondum expansus.
 - b Idem longitudinaliter sectus ut pars interior videatur.
 - c Stamina cum antheris.
 - d Germen in situ.
 - e Idem lente auctum.
 - f Setæ germini insidentes.
 - g Stigma.
 - h Stamen auctum cum antherâ.
 - i Folium separatum involucri.
-

Hâc plantâ itaque ad Daphnen relatâ, & Scopoliâ Jacquini a Linnæo patre, nec forsitan immeritò, ad Hyoscyamum; cum et Scopolia Forsteri aliam denominationem jamjam ex ipsius auctore accepit (*Grifelinia lucida* Forst. Prod. 75), mihi feliciter contigit illustrissimo nomini, quo nullum magis aureum hunc meruit honorem, dicare genus.

JOHANNES ANTONIUS SCOPOLI, Florâ suâ et Entomologiâ Carniolicâ ubique notus & laudatus, post varios metallurgicos, zoologicos & botanicos labores, tandem Paviæ, favore Cæsario, Chemiæ & Botanices Professor publicus constitutus est. Horas suas subsæcivas impendit vir indefessus in colligendis naturalibus omnibus quæ potuerit novis vel obscuris, unde natus est liber ille splendidus *Deliciæ Floræ Faunæque Insuabricæ*, ultimum ejus infelicitique partu opus. Studiis omnium maximè innoxius devotus, omnibus bonis carissimus, ab omni Europâ cultus, invidiæ demum artificiiisque malorum hominum irretitus, heu quantum quantum doluit! Cum sese defamatum purgare arderet, Rex optimus suus, iisdem insidiis, iisdem hominibus malè inductus (Reges enim sæpius ex specie quam ex re verâ necesse judicent), ardentem omnino vetuit. Fortunæ cedebat, sed anima indignata libertatem & justitiam altiori æquiori loco petiit die 8 Maii A. D. 1788. Sit igitur nova

SCOPOLIA

2. *E. bulbosa* culmo indiviso, paniculâ ramosâ multiflorâ, corollâ exteriori retusâ aristatâ.

Trochera striata. *Richard, Journal de Rosier, V. 13, p. 225, tab. 3,* qui et observationes bonas addidit.

Hanc speciem confundit cum præcedente distinctissimâ *Lamarckius* in *Encyclopædiâ*.

* * *Floribus digynis.*

3. *E. longiflora* descripta et delineata *tab. 32.*

4. *E. panicea tab. 9.*

E. erecta. Lamarck Encycl. V. 2.

5. *E. calycina tab. 33.*

Aira capensis. Linn. Supp. 108.

Patria omnium ni fallor est *Prom. Bonæ Spei.*



Aenaria juniperina. Linn.

BIBLIOTHECA NACIONAL
BIBLIOTHECA AMERIANA
JOSE TORIBIO MEDINA

ARENARIA juniperina, Linn.

ARENARIA foliis subulatis spinosis, caulibus erectis, calycibus striatis, capsulis oblongis. Linn. Mant. 72.

Habitat 4

RADIX perennis . . .

CAULES plurimi, erecti, semipedales, teretes, pallidi, levissimè pubescentes, geniculis nodosi, foliosi, supernè nudiusculi.

FOLIA opposita, patentia, basi connata, subulata, trinervia, fere triquetra, mucronato-pungentia, levissimè pubescentia; *radicalia* brevissima, obtusa, mutica, cauli adpressa, glabra.

PANICULÆ terminales, erectæ, dichotomæ, vix pubescentes. *Bractææ* parvæ, ovato-lanceolatae, acutæ, trinerviæ, margine scariofo undulato. *Pedunculi* filiformes, glabri, erecti, uniflori.

CALYX oblongus, basi obtusus, lævis, semper clausus. *Foliola* ovato-lanceolata, mucronata, tri-(nec quinque-)nervia; tria exteriora subinde obliquè flexa, aliaque arctè amplectentia.

PETALA obovato-lanceolata, obtusa, calyce vix duplo longiora, striata, alba.

STAMINA filiformia, æqualia, longitudine calycis. *Antheræ* subrotundæ, parvæ.

PISTILLUM. *Germen* oblongum. *Styli* tres, longitudine staminum.

CAPSULA unilocularis, trivalvis, oblonga, obtusa, nitida, calyce parum longior, apice dehiscens.

SEMINA numerosa, parva, compressa, subrotunda, nigra.

Obs. Nescio unde habuit Linnæus. Ex facie Sibiricam vel Orientalem speciem vellem dicere. Sub specimine in herbario ipsius manu inscribitur *Alpine montana, foliis angustissimis rigidis pungentibus, flore albo*, absque ullâ auctoris vel inventoris citatione. In *Mantissa* 1, ubi hæc planta primò a Linnæo memorata fuit, de loco nil reperiendum est. In *Mant. alterâ* vero, p. 514, citatio adest Gerardi *Flo. Gallo-provincialis*, & exinde planta nostra Galliæ tribuitur. Sed hoc synonymon ad *Arenariam recurvam* Allionii ni fallor pertinet; cum *juniperinâ* certè nil habet commune. Synonymon MSS. supra memoratum frustra adhuc apud auctores quæfivi; si aliquis felicior invenerit, patriam plantæ descriptioni nostræ addat obsecro.

Notandum est quod *Arenaria juniperina* Villarsii Flo. Delphinat. est *A. grandiflora* Linn.

EXPL. TAB.

- a Folium calycinum.
- b Idem auctum.
- c Petalum.
- d Idem auctum.
- e Genitalia.
- f Germen cum stylis auctum.
- g Stamen auctum cum anthera.
- h Capsula matura dehiscens.
- i Eadem aucta.
- k Semen.
- l Idem auctum.

SCOPOLIA.

TODDALIA. *Juss. Gen. p. 371.*

CRANZIA. *Schreb. Gen. p. 143.*

PENTANDRIA Monogynia. *Fl. pentapetali, inferi.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* quinquefidus. *Neſtarium* nullum. *Stigma* capitatum. *Capſula* baccata, quinquelocularis. *Semina* folitaria.

Nomen Toddalia barbarum, nec huic plantæ proprium, proculdubio rejiciendum eſt. Cranzii nomen alio generi a Swartzio in Prodroſo datur; nec ut duo genera nomine ſuo ornentur opus eſt, quamvis olim ex unâ ſpecie duo genera fabricavit iſte acutiſſimus vir. Vide Linn. Syſt. Veg. de Dracænâ Dracone.


Hujusce generis ſpeciem unicam tantum adhuc vidi,

SCOPOLIA aculeata.

Paullinia aſiatica, foliis ternatis, caulē aculeato, cirrhis nullis. *Linn. Sp. Pl. 524, Fl. Zeyl. No. 143.*

Kaka-toddali. *Rheed. Malab. pars 5, t. 41.*

In infulâ Borboniæ legit Commerſon. *Thouin. 2*



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
JOSÉ TORIBIO MEDINA

Natica chinensis, Linn.

VATICA, *Linn. Mant.* 2. 152.

DODECANDRIA Monogynia.

CHAR. ESSENT. *Calyx* quinquefidus. *Petala* quinque. *Antheræ* quindecim, sessiles, quadriloculares.

De nominis ratione nil memorat Linnæus. Anne planta divinationis causâ inter Chineses superstitiosos plurimi habita?

VATICA chinensis, *Linn. Mant.* 2. 242.

Habitat in Chinâ. *Linn.* 12

ARBOR facie *Vateriæ indicæ*, cui proxima, sed differt antheris & forte fructu.

RAMULI obfoletè angulati, pulverulento-incani, foliosi, multiflori.

FOLIA alterna, ovato-oblonga, obtusè acuminata, integerrima, glabra; *venis* utrinque eminentibus. alternis; *venulis* reticulato-anastomofantibus. *Petoli* unciales, angulati, striati, incani, infra juncturam folii paululum incrassati & valde rugosi. *Stipulæ* nullæ.

PANICULÆ axillares, sessiles, compositæ, multifloræ. *Bractææ* nullæ.

PEDUNCULI alterni, ramosi, angulati, toti cum calyce corollæque ante explicationem pulverulento-incani. *Partiales* breves, apice incrassati, erecti, uniflori.

CALYX monophyllus, quinquepartitus; *laciniis* ovato-lanceolatis, acutis, erectis, corollâ triplo brevioribus.

PETALA quinque, obovata, intus lævia, extus semi-incana, in aliis floribus sinistrorsum, aliis dextrorsum sibi incumbentia, quod maximè singulare.

STAMINA. *Filamenta* nulla. *Antheræ* quindecim, tres in omnis petali ungue sessiles, parvæ, ovatæ, glabræ, quadriloculares; *loculi duo exteriores* spinulâ dorsali interjectâ erectâ terminati; *interiores* dimidio breviores, mutici.

PISTILLUM. *Germen* superum, conicum, obtusum, quinquangulare, incanum. *Stylus* cylindricus, quinquangularis, contortus. *Stigma* obtusiusculum, subtrilobum.

PERICARPIUM nondum vidi maturum, sed e tenello germine probe inspecto videtur *Capsula* trilocularis, cum femine solitario in utroque loculamento.


Obs.

1777

OBS. Planta rarissima, & fane adhuc inter maximè obscuras. Nunquam vidi nisi in herbario Linnæano. Cel. Antonius de Jussieu in libro nuper sub titulo *Genera Plantarum secundum Ordines naturales disposita* evulgato, quo doctiorem vix unquam videbit orbis botanicus, hoc genus ad *Guttiferas* suas optimè retulit ex descriptione Linnæanâ.

EXPL. TAB.

- a* Calyx, germen atque stylus.
- b* Petalum.
- c* Antheræ tres in ungue sessiles.
- d* Petalum a tergo.
- e* Anthera.
- f* Eadem lente aucta, latere anteriore visa.
- g* Eadem a tergo.
- h* Ejusdem sectio transversalis.
- i* Germen immaturum lente auctum.
- k* Stylus.
- l* Stigma.
- m* Germinis aucti sectio transversalis.
- n* Styli aucti sectio transversalis.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"

Ranunculus ranunculinus.

HELLEBORUS ranunculinus.

POLYANDRIA Polygynia.

CHAR. ESSENT. *Calyx* nullus. *Petala* quinque vel plura. *Neſtaria* tubuloſa, bilabiata. *Capſulæ* polyſpermæ.

HELLEBORUS floribus ſolitariis pedunculatis, foliis digitato-multifidis incifis.

H. niger, Orientalis, Ranunculi folio, flore nequaquam globoſo. *Tournef. Cor. 20.*

Trollius humilis flore patulo. *Buxb. Cent. I. tab. 22?*

In Cappadociâ legit Tournefort. 4

CAULIS palmaris, erectus, herbaceus, teres, glaber, apice folioſus, 1- vel 2-florus.

FOLIA digitato-multifida, laciniis variè incifis, ferrata, glabra, ſubtus pallidiora; *radicalia* longè petiolata; *caulina* ſubſeffilia, amplexicaulia.

FLORES ex axillis foliorum caulinorum, ſolitarii, pedunculati, erecti, flavi.

PETALA ſubrotunda, patentia, venis lineata. *Neſtaria* numeroſa, curva, petalis duplo breviora.

STAMINA. *Filamenta* breviffima. *Antheræ* lineares, flavæ.

PISTILLA

FRUCTUS

OBS. Poſt *Helleborum hyemalem* collocandus, cui maximè affinis, ſed magis ſpecioſus eſt. Porro differt foliis magis compoſitis & incifis, floribus pedunculatis, neque folio infidentibus, petalis latioribus magisque patentibus.

Synonymon Tournefortii perperam a Linnæo pro *Trollio aſiatico* citatur. Anne Buxbaumii figura noſtram plantam vel *Trollium aſiaticum*, neutri certè ſimilis, potius deſignet quis jure dicat?



Mentha exigua Linn.

MENTHA exigua, Linn.

DIDYNAMIA Gymnospermia.

* *Calyces subquinquefidi.*

CHAR. ESSENT. *Corolla* subæqualis, quadrifida, lacinia latiore emarginata. *Stamina* erecta, distantia.

MENTHA floribus verticillatis, foliis lanceolato-ovatis glabris acutis integerrimis.
Linn. Sp. Pl. 806. *exclusis syn. Fuchsi, Lobelii & forte Raii.*

Ex Angliâ Linnæo misit Phil. Miller; de loco ejus natali nihil in specimine vel literis Milleri invenio. In Scotiâ ab Houstono lectam putat Cel. Hudson. 24

RADIX

CAULIS adscendens, teres, pubescens, foliosus, ramulis frequentioribus ex axillis foliorum.

FOLIA opposita, petiolata, ovalia, utrinque acuta, serraturis utrinque duobus vel tribus obsoletis, subinde integerrima, venosa, vix pubescentia, punctata, subtus pallidiora. *Stipulae* nullæ, nisi fasciculi exigui villorum intrafoliacei.

FLORES axillares, verticillati, 12 ad 20 in omni verticillo, subseffiles, parvi, carnei.

CALYX tubulosus, subinflatus, ringens, dentibus superioribus longioribus, striatus, pubescens.

COROLLA infundibuliformis, incurva, ringens, limbo quadrifido, laciniis obtusis, infimo minimo, supremo vix manifestè emarginato.

STAMINA subæqualia, per paria distantia. *Antheræ* parvæ, subrotundæ.

PISTILLUM. *Germen* non vidi. *Stylus* filiformis, incurvus, longitudine staminum. *Stigma* bifidum, acutum.

Obs. Planta adhuc valde obscura nec certè Britannicæ indigena. Synonyma in Speciebus Plantarum proculdubio erronea sunt. *Mentha aquatica exigua* Raii est *M. gentilis* Linn. secundum Döm. Stokes. Herbarium Buddleianum in Museo Britannico mihi nullam adtulit lucem. Qui cum Cl. Hudsono plantam nostram varietatem *M. Pulegii* esse putabit, vix errabit.

EXPL. TAB.

- a* Calyx lente auctus.
b Corolla magn. nat.
c Eadem aucta.
d d Stamina cum antheris.
e Stylus.





BIBLIOTECA NACIONAL
 BIBLIOTECA AMERICANA
 "JOSÉ TORIBIO MEDINA"

Castilleja integrifolia. Linn.

CASTILLEIA, *Linn. Supp.* 47.

DIDYNAMIA Angiospermia.

* *Calyces absque labio inferiore.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* tubulosus, compressus: *labium superius* bifidum; *inferius* nullum. *Corollæ* labium inferius trifidum, glandulis duabus inter lacinias. *Capfula* bilocularis.

Nomen dedit Mutis in honorem Domini Castilleji, Botanici Gadenfis.

CASTILLEIA integrifolia, *Linn. Supp.* 293.

CASTILLEIA foliis lineari-lanceolatis integris.

In Nova Granada legit Mutis. 24 ?

RADIX . . .

CAULIS herbaceus, teres, erectus, ramosus, foliosus, leviter hirtus.

FOLIA alterna, sessilia, patentia, lineari-lanceolata, obtusa, integerrima, subcanaliculata, nervosa, utrinque pubescentia. *Stipulæ* nullæ.

FLORES in apicibus elongatis ramorum, racemum quasi formantes, pedunculati, unusquisque ex axillâ proprii folii bractæformis. *Pedunculi* filiformes, erecti, foliis breviores.

CALYX monophyllus, tubulosus, C. fissifoliæ similis, sed minor. In icone nostrâ calyces nimis acuti videntur.

FLORIS structura C. fissifoliæ conformis, sed omnes partes in C. integrifoliâ paulo minores sunt.

FRUCTUS ex descriptione in Mutisii manuscriptis in utrisque idem esse videtur.

Benevolum lectorem, quo structuram floris in hoc genere rectius intelligat, ad sequentem relegamus plantam, (Tab. XL.) ubi descriptionem amplam figuræque magis accuratas ex propriâ nostrâ observatione elaboratas inveniet.

EXPL.

EXPL. TAB.

- a* Calyx antice hians cum pistillo in situ.
- b* Corolla antice.
- c* Eadem lateraliter.
- d d d* Labium inferius, malè.
- e* Corolla antice fissâ cum staminibus in situ.
- f* Stamen cum antherâ auctum.
- g* Capsula.
- h* Eiusdem sectio transversalis.
- i* Dissepimentum.
- k* Semina.

Omnia hæc ex icone Mutisianâ; at structura corollæ minus quam in tabulâ nostrâ
C. fissifoliæ fidenda est.



PLANTARUM ICONES

H A C T E N U S I N E D I T Æ,

PLERUMQUE AD PLANTAS

IN HERBARIO LINNÆANO

CONSERVATAS DELINEATÆ.

A U C T O R E

JACOBO EDVARDO SMITH, M. D.

SOCIET. REG. LOND. ULISSIP. TAURIN. AGRON. PARIS. BOTANOPH.
ANDEGAVENS. SOCIO, SOC. LINNÆANÆ LONDINENSIS PRÆSIDE.

F A S C I C U L U S II.

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"

L O N D I N I :

T Y P I S J. D A V I S :

IMPENSIS BENJ. WHITE ET FILII, IN VICO DICTO FLEET-STREET, APUD QUOS PROSTAT
VENALIS; ET PARISIIS APUD LUD. NIC. PREVOST.

P. M. AUGUSTO BROUSSONET, M. D.

ACAD. REG. SCIENT. PARIS. ET MONSP. SS. REG. ATQUE LINN.

LOND. MEDICÆQUE EDIN. SOCIO,

SOC. REG. AGRONOM. PARIS. A SECRETIS,

NATURÆ INDEFESSO SCRUTATORI,

AMICO OPTIMO, CANDIDISSIMO,

SEMPER COLENDO,



HUNC FASCICULUM

SACRUM ESSE VOLUIT

AUCTOR.

F A S C I C U L U S II.

- 26 SALVIA tubiflora.
- 27 - - - amethystina.
- 28 NERTERIA depressa, *Gærtn.*
- 29 LISIANTHUS glaber, *Linn.*
- 30 ESCALLONIA myrtilloides, *Linn.*
- 31 - - - - - ferrata.
- 32 EHRHARTA longiflora.
- 33 - - - - - calycina.
- 34 DAPHNE pendula.
- 35 ARENARIA juniperina, *Linn.*
- 36 VATICA chinensis, *Linn.*
- 37 HELLEBORUS ranunculinus.
- 38 MENTHA exigua, *Linn.*
- 39 CASTILLEIA integrifolia, *Linn.*
- 40 - - - - - fissifolia, *Linn.*
- 41 HYPERICUM Brathys.
- 42 ÆGOPRICON betulinum, *Linn.*
- 43 BEGONIA ifoptera, *Dryandr.*
- 44 - - - - ferruginea, *Linn.*
- 45 - - - - urticæfolia, *Linn.*
- 46 MARATTIA alata, *Swartz.*
- 47 - - - - - lævis.
- 48 - - - - - fraxinea.
- 49 ACROSTICHUM spicatum, *Linn.*
- 50 CÆNOPTERIS rhizophylla.

P R A E F A T I O.

SECUNDUS hic noster Fasciculus, aliquantulo tardius quam quod speraverim, prodit. Hæc mora profectò ex rebus quas neque providere neque evitare potui, enata est. In animo autem est, modò mens et corpus sanum sit, duos quotannis fasciculos in lucem edere; saltem quamdiu opus nostrum favore et plausu, quo priùs, excipere placeat lectoribus.

Neque profectò timor est ne deficient plantæ quas adumbrare suadeat operis ratio, æque vel pretiosissimæ vel rarissimæ. Quippe Collectanea Linnæi filii thesaurum qui vix possit exhauriri, coacervârunt: tum præterea, eundem per se satis copiosum, amicis plurimis opem ferentibus, indies augeo. Haud tamen hoc jactantius quam ex jure quodam meo palam profero. Longè enim errat qui Botanici decus collectaneis merè peramplis censeat consistere. Hoc demum virtutem ritè testetur, usus scilicet eorum quæ contulerit, atque honesta tractatio.

Quod ad propositi executionem attinet, cum primum opus hoc aggressus sum, tum etiam animum timor haud mediocris invasit, ne partes plantarum minutiores, dum desiccatas solum præ manibus haberem, detegere frustra laborarem. Sed, ut aiunt, necessitas virtutem parit. Ufu atque exercitatione, vel jamdudum desiccatarum investigationis artem, in tantum provexi, quod modò flores aquis ferventibus molliendo, modò sub lucis clarioris incidentiâ perspicendo, rarissimè sit, quod aliquid occurrat, quo minus structuram partium accuratè expediam; nisi si forsan, plantas succulentiores, aut aliter quod perrarò evenit, consilio ex naturâ quâdam adversas, neque vi aut arte in usum cogendas, investigare postuler. Hoc unum observandum sit, quod hæc leges mihi minimè violandas præscripsi, ne quid ante oculos lectorum ponere, nisi quod ipse priùs vidi, aut auctoritate aliorum maximè fidendorum fretus comprobavi, atque exemplaria ipsorum fideliter imitatus sum. Icones modò ad unguem depictæ fuerint, parvi refert an ex vivis an ex siccatis plantis adumbratæ sint. Delineatori sanè hoc opus, hic labor est, felici ingenio partes desiccatarum tam probè inspicere atque in animo fingere, quod vivas demum sistat.

Hactenus de ratione operis præfatus sum. Mallem sanè hic quiescere. At profectò nequeo verbis finem imponere, quin summas Domino Lamarckio agam gratias, quod et me etiam eadem quâ dignissimos viros L'Heritierum, Scopolum et Gærtnerum reprehensione castigare voluit.

Men' autem moveat cimex Pantilius?

Re verâ quidem, quos Lamarckius studet carpere, ad honores evehit: quippe si qui dignior uspiam exsisterit, hunc apprimè vellicat invidus. Quid autem? Num ad libros Lamarckii lectorem referre omisi, quo me ex auctorum vulgo excerpam, & inde opprobriis suis obviis fiam, putes? Ne minimè quidem; neque enim tantum mihi honoris confecturum sperare ausim.

Mei certè est, quemque librum vel vilioris, si potis sit, pretii quam istius citare, si quidem eruere aliquid detur lucri. At deterritus sum ab Encyclopædiam Lamarckii versando, ex ipsa operis dispositione. Pejor sanè nequit fieri. Quà enim methodo usus est? Risum teneatis—Nominum barbarorum technicorum ordine alphabetico! Quo pacto, aut quâ arte, in opere tam obscuro quæsit quis inueniat? De Thouiniâ spectabili nostrâ, ignoscat, oro, bonus vir, si quæ sanè non novi, ea non protuli—porrò si vel nunc quæ de hac iste plantâ malè consultus dixerit (sive de nomine ipso, sive de historiâ ratio habeatur) descriptionibus adfciscere nolim meis. Nequedum quæ de genere Ehrhartâ scripsit, me quasi certissimum scientiæ suæ atque eruditionis signum mirari postulat, plus, me iudice, reportabit laudis. Exinde et lubens fateor, pulchrè edidici, quod mirâ arte, verè suâ, duas naturâ distinctissimas confudit plantas, Ehrhartam capensem Linnæi scilicet, & Trocheram striatam Richardi. Haud sanè nequeo satis mirari quomobrem iste egregius vir adeo irascatur mihi. Cur non studiis liceat alterutri suis incumbere, quin alteri impedimento esse neceffe videatur? At quid plura? Neque hæc dixissem, nisi iste me temerè prior lacesivisset. Denique Lamarckius aut ineptias mittat suas, aut saltem quorum animus ad Linnæi sapientiam ritè colendam ducit, ne tantopere opprobriis onerare audeat.

Nolo in illum aliquid gravius dicere.

ADDENDA ET CORRIGENDA IN NOSTRO PRIMO FASCICULO.

- No. 1. Calceolaria nana est C. uniflora *Lamarck Encycl.*
 2. ——— plantaginea C. biflora *ibid.*
 3. ——— ovata C. dichotoma *ibid.*
 7. Thouinia spectabilis. Endrach *Lamarck Enc. Vol. 2, p. 356.* Endrachium *Jussieu Gen. Pl. p. 133.* In descriptione nostrâ, lin. 4, pro *Pedunculi* lege *Petioli.* Notandum est quod Thouiniæ nutantis falsus character in *Linn. Suppl.* a Linnæo filio, nec Thunbergio, fabricatus est, monente amicissimo Dryandro.
 11. Turræa maculata. T. glabra *Cavanilles Diff. VII.*
 12. ——— sericea. T. tomentosa *ibid.*
 14. Stellaria dichotoma. In descriptione lege *Petala obovata* nec *ovata.*
 15. ——— cerasoides. *Gunner Norveg. No. 951. t. 6. f. 2. Rottboll AÆ. Hafn. V. 10. 447. t. 3. f. 12. Oed. Dan. t. 92.* Hanc plantam nuper in Helvetiâ invenit et determinavit optimus Davall.
 16. Arenaria dianthoides. Pro *digynia* lege *trigynia.*
 21. Sonchus alpinus. In Obf. ad calcem, lin. 3, pro *qua* lege *quæ.*
 23. Arethusa biplumata. Bipinnula *Juss. Gen. Pl. p. 65.* Habitat in agro Bonariensi, nec ad Fretum Magellanicum. *Juss. Radix fasciculata. ib.*
 24 et 25. In characterè generico & descriptionibus Passiflorarum corolla rectius decemfida quam decapetala dicenda, laciniis ovatis, &c.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
JOSE TONIBIO MEDINA

Castilleja fipifolia. Linn:

CASTILLEIA fissifolia, *Linn. Supp.* 293.

CASTILLEIA foliis apice pinnato-incisis.

In Nova Granada legit Mutis. 4 ?

RADIX ramosa, fibrosa.

CAULIS herbaceus, quandoque suffruticosus, tri- vel quadripedalis, erectus, teretiufculus, parum ramosus, foliosus, pubescens. *Ramuli* axillares, erecto-patentes, foliosi, multiflori.

FOLIA alterna, sessilia, patentissima, basi ovata, integra, apice pinnatifida, laciniis patentibus, obtusis, ferè alternis, utrinque pubescentia, subtrinervia. *Stipulae* nullæ.

FLORES versus apices ramorum majorum, axillares, solitarii, pedunculati, speciosi, coccinei? *Bractæ propriae* nullæ. *Pedunculi* teretes, pubescentes, erecti, foliis triplo breviores.

CALYX monophyllus, tubulosus, antice ultra medietatem longitudinaliter fissus, nervosus, pubescens, coloratus, basi subventricosus, superne compressus: *labium superius* bifidum, obtusum; *inferius* plane nullum.

COROLLA monopetala, ringens. *Labium superius* longissimum, incurvum, apice emarginatum, dorso pubescens; *inferius* brevissimum, trifidum, laciniis acutis.

Nectarium? corpuscula duo glandulosa, fauci corollæ inserta inter lacinias labii inferioris.

STAMINA. *Filamenta* quatuor, basi corollæ inserta, longitudine labii superioris, filiformia, glabra; quorum duo inferiora paulo breviora. *Antheræ* didymæ, lineares, obliquæ.

PISTILLUM. *Germen* superum, oblongum, compressum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* simplex, obtusum.


CAPSULA ovata, acuminata, compressa, lævis, bilocularis, dissepimento valvulis contrario.

SEMINA numerosa, parva.

OBS. Descriptionem haud accuratè confecit Mutis, nec bene intellexit Linnæus, præcipue quoad corollæ labium inferius, quod in nostra icone (flore scilicet aquâ ferventi immerfo & inde ritè expanfo) longè accuratiùs depingitur quam in hujusce plantæ tabulâ a Mutisio transmissâ.

EXPL. TAB.

- a* Calyx.
- b* Corolla cum genitalibus.
- c* Labium inferius.
- d* Idem latere interno visum.
- e* Idem auctum.
- f* Glandulæ.
- g* Stamina.
- b* Anthera seorsim aucta.
- i* Stigma.
- k* Idem auctum.





Hypericum Prathys.

HYPERICUM Brathys.

POLYADELPHIA ? Polyandria.

CHAR. ESSENT. *Calyx* quinquepartitus. *Petala* quinque. *Filamenta* in quinque phalanges basi connata. *Capsula*.

Sectio * *Pentagyna*.

HYPERICUM floribus pentagynis monadelphis, caule fruticoso, foliis subulatis imbricatis glabris.

Brathys juniperina, *Linn. Supp.* 268.

E Novâ Granadâ misit Mutis. ½

FRUTEX facie *Ericæ* vel *Diofmæ*, ramosissimus.

RAMI erecti, undique foliosi, superne obsolete angulati, floribus terminati; *Cortice* glabro, resinoso.

FOLIA imbricata, patentia, subulata, acuta, glaberrima; supra canaliculata, subtus carinata, falcata, bifariam punctata. *Bractææ* nullæ.

FLORES numerosi, solitarii in apicibus ramulorum, foliis circumdati, sessiles, flavi?

CALYX profundè quinquefidus, laciniis erectis, lanceolatis, acutis, margine membranaceis, nervo dorsali utrinque eminente, persistentes.

PETALA quinque, calyce duplo longiora, lanceolata, acuta, striata, erecto-recurva, in planta sicca apice tortuosa.

STAMINA. *Filamenta* plurima, 20 ad 30, longitudine calycis, capillaria, *monadelpha*, magis vel minus profundè divisa, non vero in phalanges distinctas separata, persistentia. *Antheræ* didymæ, compressæ, deciduæ.

PISTILLUM. *Germen* superum, ovatum, quinque-torulofum, glabrum, resinofum. *Styli* quinque, subinde tantum tres vel quatuor, altitudine corollæ, recurvato patentes, filiformes, persistentes. *Stigmata* capitata, subrotunda.

CAPSULA ovata, quinquelocularis, quinquevalvis, longitudinaliter dehiscens, & inde valvulis distantibus, marginibus inflexis, fructum quinquecapfularem simulans.

SEMINA plurima, subrotunda, parva.

Obs. Celeberrimus Antonius de Jussieu quocum hujusce plantæ specimen communicavi, affinitatem ejus cum Hypericis primus suspicatus est. Nec ullo modo nisi staminum connectione aliis speciebus, quoad fructificationem, differt. Hinc genus distinctum, ne naturale lacerem, fervare nolui. Confiteor tamen differentiam haud levem inter stamina omnia basi regulariter connexa, & stamina in fasciculos distinctissimos digesta; sed hæc organa in variis speciebus Hyperici valde structurâ & connectione diversa sunt.

Flores fere semper pentagyni, rarius trigyni, rarissimè tetragyni sunt. Capsulæ loculamenta semper cum stylis numero conveniunt.

EXPL. TAB.

- a* Folium plantæ, duplo auctum.
- b* Ejusdem sectio transversa.
- c* Flos integer, pari foliorum ad basin pedunculi.
- d* Calyx auctus.
- e* Petalum auctum.
- f* Stamina.
- g* Eadem aucta.
- h* Anthera seorsim aucta.
- i* Germen cum stylis.
- k* Eadem aucta.
- l* Stigmata.
- m* Fructus maturus.
- n* Idem auctus.
- o* Una ex valvulis fructûs seorsim.
- p* Eadem transverse secta, ut inflectio laterum videatur.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"

Egopricon betulinum. Linn.

AEGOPRICON, *Linn. Supp.* 63.

Maprounea, *Aublet. Guian.* 895. *Juss. Gen.* 391.

MONOECIA Monandria.

CHAR. ESSENT. *Maf.* Amentum. *Cal. comm.* trifidus; *partialis* tubulosus. *Anthera* quadriloba. *Fæm.* Flores solitarii. *Calyx* trifidus. *Corolla* nulla. *Styli* tres, basi coadunati. *Capsula* tricocca.

Nominis rationem ignoro, sed maxime miror Cel. Jussieum, qui nomina barbara pro tempore tantum, cum omnibus sanis botanicis, tolerat (vide præf. ejus, p. 24), barbarum et absonum Maprounea Ægopricon prætulisse.

AEGOPRICON betulinum, *Linn. Supp.* 413.

Maprounea guianensis, *Aubl. Guian.* 895. t. 342.

In Surinamo legit Dalberg, in Guianâ Aublet. ½

ARBOR valde ramosa.

RAMULI alterni, varie flexi, foliosi, apice floriferi. *Cortex* subrugosus, in junioribus lævis.

FOLIA alterna, petiolata, ovata, acuta, integerrima, Myrti similia, utrinque lævia, venosa, decidua. *Stipule* nullæ. *Petioli* lineares, teretiusculi, læves.

PANICULÆ parvæ, terminales. *Pedunculi* communes tuberculati; *partiales* duo vel tres, divaricati, læves, uniflori.

AMENTUM MASCULUM plerumque folitarium, pedunculum communem terminans, facie Alni, vix magnitudine feminis tritici. *Calyx communis* trifidus, foliolis concavis obtusis, flosculos 20 ad 30 continens; *partialis* tubulosus, trifidus quadrifidusve.

Stamen unicum, e centro calycis partialis exstans, duploque longius. *Anthera* ovata, quadriloba.

FLORES FOEMINEI solitarii in pedunculis partialibus. *Calyx* trifidus, foliolis concavis obtusis. *Corolla* nulla. *Germen* parvum, globosum, glabrum. *Styli* tres, basi connati apice divaricati. *Stigmata* obtusa. *Capsula* magnitudine Pisi, obsoletè tricocca lævis, stylis persistentibus coronata, trilocularis. Semina solitaria.

OBS.

Obs. Specimina Linnæana cum Aubletianis apud Illustr. Banksium monente Amiciff. Jussieu contuli, & omnino similia inveni. Cum tamen Aubletius nec flores fœmineos nec fructum viderit, haud supervacanea foret figura nostra.

EXPL. TAB.

- a* Amentum masculum.
- b* Idem auctum.
- c* Calyx communis.
- d* Flosculus seorsim.
- e* Calyx partialis.
- f* Anthera.
- g* Flos fœmineus.
- h* Idem auctum.
- i* Calyx seorsim.
- k* Fructûs sectio transversalis, cum feminibus in situ.





BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDIN"



Begonia isoptera.

BEGONIA isoptera, *Dryand. Begon. in MSS. apud Soc. Linn. No. 2.*

MONOECIA Polyandria.

CHAR. ESSENT. *Masc. Cal.* nullus. *Corolla* polypetala. *Stamina* numerosa.

Fæm. Cal. nullus. *Corolla* polypetala, supera. *Capſula* alata, polysperma.

BEGONIA caulescens, foliis glabris femicordatis obſoletè dentatis, capſulæ aliſ ſubæqualibus parallelis. *Dryander loc. cit.*

Habitat in Java. *Thouin.*

CAULIS erectus, carnoſus, obſoletè ſtriatus, glaber.

FOLIA alterna, petiolata, femicordata, acuminata, undulata, obſoletè dentata, venoſa, ſupra lætè viridia glaberrima, ſubtus pallidè ferruginea, minutiffimè punctata. *Petioſi* breves, femiteretes, glabri. *Stipulæ* . . .

PANICULA terminalis, dichotoma, multiflora, glabra. *Braſtææ* oblongæ, membranaceæ, deciduæ, *cicatricem* ſemiannularem ad baſin ſingulorum pedunculorum & pedicellorum relinquentes.

PEDUNCULI dichotomi. *Pedicelli* filiformes, uniflori.

FLORES MASCULI ſuperiores, magiſque numeroſi, parvi. *Corolla* dipetala; *Petalis* cordato-ſubrotundis, integris, obtuſis, ante explicationem arctiſſimè conniventibus.

Stamina 30 ad 40. *Filamenta* breviffima. *Antheræ* obcordatæ, muticæ, marginatæ, biloculares, uno latere dehiſcentes.

FLORES FOEMINEOS non vidi.

Capſula turbinata, trilocularis, trialata. *Alæ* omnes æquales, angulis valdè deflexis, nec adſcendentibus. *Semina* numeroſa, parva.

EXPL. TAB.

a Flos maſculus magn. nat.

b Petalum auctum.


c Stamen cum anthera magn. nat.

d Eadem aucta a tergo viſa.

e ——— antice.



BIBLIOTECA NACIONAL
 BIBLIOTECA AMERICANA
 "MUSE TORIBIO MEDINA"



Begonia ferruginea. Linn.

BEGONIA ferruginea, *Linn. Supp.* 419.

BEGONIA caulescens, foliis inæqualiter cordatis dentatis, floris masculi petalis oblongis subæqualibus. *Dryander loc. cit. No. 7.*

In Nova Granada legit Mutis. 5

CAULIS suffruticosus, declinatus, teres, carnosus, solidiusculus, lævis, ramosus. *Ramuli* alterni, breves, patentes, pubescentes, foliosi.

FOLIA alterna, petiolata, patentia, inæqualiter cordata, acuta, obfoletè crenata, subciliata; supra intensè viridia, asperula, ad venas fulcata; subtus pallida, squamulis minimis, rotundatis, albidis, lucidis, confertissimis tecta; venis alternis, rectis, divisis, prominentibus, hirtis. *Petoli* pubescentes, rubicundi, foliis quadruplo breviores. *Stipulae* binæ, femicordatæ, amplexicaules, acutæ, integerrimæ, subciliatæ; altera duplo major.

PANICULÆ dichotomæ, axillares vel terminales. *Pedunculi* teretes, pubescentes. *Bractæe* binæ ad singulum florem, erecto-patentes, parvæ, ovatæ, acutæ, subciliatæ, deciduæ.

FLORES sanguinei, nutantes.

MASCULI numerosiores. *Petala* quatuor, subæqualia, lanceolata; *duo exteriora* opposita, parum longiora, acuta, crassiora, extus pubescentia; *interiora* obtusa, emarginata, minora, præcipue ante floris expansionem, glabriuscula. *Stamina* corollam æquantia, 9 ad 18, plerumque 12 ad 14, erecta. *Filamenta* brevissima, plana. *Antheræ* lineari-lanceolatæ, longissimæ, biloculares, flavæ, lateraliter dehiscences, apice rostratæ, rostellum filiformi, bifido, albo apice rubro, primum convolutum, dein revolutum. *Pistilli* rudimentum nullum.

FOEMINEI masculis immixti, paulo majores. *Petala* sex, masculorum similia; *tria exteriora* acuta angulis germinis, *interiora* emarginata lateribus germinis opposita, omnia infra summam ejus inserta. *Stamina* omnino nulla. *Pistillum*. *Germen* inferum, turbinatum, trigonum, pubescens, coloratum. *Styli* numerosi, 24 plerumque, in sex phalanges digesti, dichotomi, longitudine inæquales, erecti, corollam vix æquant. *Stigmata* simplicia.

Capsula turbinata, triangularis, trilocularis, tuberculo coronata, angulis infra dehiscens; *alæ* nullæ.

Semina numerosa, parva.

EXPL. TAB.

Figura ex Icone Mutifii, e folio cum floribus aliquot masculis in herb. Linn. conservatis omnino castigata.

a Flos masculus.

b Stamen cum antherâ.

c Flos fœmineus absq̃ue germine.

d Styli.

e Germen.

ff Capfulæ.



Begonia urticifolia. Linn.

BEGONIA urticaefolia, Linn.

BEGONIA caulescens radicans, foliis utrinque hispida inæqualiter ovatis duplicato-ferratis, capsulis basi tricornibus. *Dryander loc. cit. No. 14.*

B. urticæ, Linn. *Supp.* 420.

In Nova Granada legit Mutis. 4 ?

RADIX ramosa, fibrosa, perennis ni fallor.

CAULES plurimi, herbacei, pedales, adscendentes, geniculati, ad nodos radican-tes, ramosi, foliosi, teretiusculi, subflexuosi, supernè hirti.

FOLIA alterna, petiolata, patentia, ovata, basi valde inæqualia, acuta, duplicato-ferrata, ferraturis apice piliferis, utrinque pilis raris hispida, subtus pallida, senescentia tota rubicunda. *Petoli* breves, teretes, hirti. *Stipule* binæ, ovatæ, membranaceæ, apice setaceo-dentatæ, extus subpilosæ.

PEDUNCULI axillares, longitudine folii, erecti, filiformes, hirti, subbiflori. *Bractee* membranaceæ, ciliato-dentatæ, coloratæ.

FLORES plerumque bini, masculus cum fœmineo, parvi, sanguinei.

MASCULORUM *Petala* quatuor: *duo exteriora* opposita, ovata, extus versus apicem pilosa; *interiora* angustiora, vix breviora, pallidiora magisque tenera, glabra. *Stamina* vix corollam æquantia, 14 ad 18, erecta. *Filamenta* brevissima, irregulariter coalita, albida, glabra. *Antheræ* oblongæ, muticæ, biloculares, lateribus dehiscences, flavæ. *Pistilli* rudimentum nullum.

FEMINEI masculis simillimi. *Petala* quinque? ovata, obtusa. *Stamina* omnino nulla.

Pistillum. *Germen* inferum, maximum, pilosum, basi tricorne, apice stylis petalif-que coronato. *Styli* circiter quinque, erecti, petalis breviores, sub-foliacei, quorum unus vel alter latior petala referre videtur. *Stigmata* simplicia? sub-capitata.

Capsula omnino tribuliformis.

EXPL. TAB.

- a* Flos masculus magnitudine auctus.
- b* Stamen seorsim magis auctum.
- c* Flos foemineus auctus.
- d* Germen.
- e* Stylus magis auctus.
- f* Stigma.









Marattia alata Swartz.

MARATTIA, *Swartz Prodr. Floræ Ind.* Occ. 128.

Myriothecha. *Juss. Gen. p. 15*, excluso Cænopteride Bergii.

CRYPTOGAMIA Filices. *Fructif. in pagina inferiore.*

CHAR. ESSENT. *Capsulæ* ovales, supernè longitudinaliter dehiscences, *loculis* utrinque pluribus.

Hoc genus consecravit Cel. Swartz Johanni Francisco Maratti, Abbati Vallumbrosano, opusculorum variorum de Lithophytis nempe et Zoophytiis, de Romuleâ et Saturniâ, sed præcipuè de verâ florum existentia in plantis dorssferis, auctori, haud inter peritissimis numerando botanico, sed raræ avi in terris ubi artes superbientes vix simplici Naturæ cultorem reliquere.

MARATTIA alata, *Swartz loc. cit.*

MARATTIA rachibus squamosis: partialibus alatis, foliolis acutè ferratis.

In Jamaicâ legerunt Rogerus Shakespear, Everardus Home, Olaus Swartz.
Specimen Illustr. Bankii benevolentia debeo. *u*

STIPES . . .

FRONS bipinnata, pinnis suboppositis.

RACHIS fere tetragona, squamosa; *squamis* sparsis, linearibus, acutis, membranaceis, fuscis: *rachis* *partiales* crebrius squamosæ, alatæ; *alis* angustis, substantiæ foliorum, sed aveniis & integerrimis, ad foliolorum infertionem contractis & evanescentibus.

PINNULÆ suboppositæ, sessiles, ovato-lanceolatæ, acutè ferratæ, præcipuè versus apicem, venosæ, *venulis* fere semper prope originem bifidis, in apices ferraturarum desinentibus, subinde, sicut nervus centralis, minutè squamosis: *inferiores* lobatæ; *superiores* integræ; *impar* elongata, acuminata, ferrato-lobata.

CAPSULÆ solitariae, venis partialibus ultra medium insidentes, ante explicationem subrotundæ vel ovaes, magnitudine seminum Papaveris, læves, supernè rimâ longitudinali notatæ, quæ postea dehiscit, unde series duplex foraminulorum in conspectum venit, quinque circiter in utraque parte, cum cellulis capsulæ communicantes. Dein margo capsulæ fissus & sublobatus fit.

SEMINA . . .

EXPL.

EXPL. TAB.

a Capsula nondum aperta magn. nat.

b Eadem aucta.

c Capsula matura magn. nat.

d Eadem aucta.

e Dimidium capsulæ maturæ.



*Marattia lavis.*

M A R A T T I A laevis.

MARATTIA rachibus laevibus: partialibus alatis, foliolis apice obtusè ferratis: fummis confluentibus.

In Infula Dominica legit Thierry. *Thouin.*

STIPES

FRONS subtripinnata, pinnis inferioribus alternis.

RACHIS teretiuscula, omnino laevis: *partiales* complanatae, supernè alatae; *alis* substantiae foliolorum, aveniis, integerrimis, ad foliolorum infertionem contractis; pinnæ apicem versus multò latioribus quam in M. alata.

PINNULÆ alternæ, rarissimè oppositæ, lanceolatae, glabrae, ferrato-lobatae, basi sæpius etiam pinnatae, apice ferratae, ferraturis subinflexis, obtusis, nec acuminatis, venosæ, venulis glabris, plerumque, nisi in foliolis partialibus, simplicibus; *superiores* ovales, obtusè ferratae nec lobatae; *impar* elongata, acuta, obtusè ferrata, basi lobata, lobis in pinnulas supremas confluentibus.

CAPSULÆ plerumque solitariae, sæpe binæ in lobo pinnularum, singula venulæ propriæ insidens, subrotundæ vel ovales, dimidio fere minores quam in M. alata, laeves, longitudinaliter dehiscences, intus utrinque foraminulis quatuor, rariùs quinque, margine semper integræ, nec fissæ, nec lobatae.

SEMINA

EXPL. TAB.

a Folium lente auctum.

b Capsula nondum aperta magn. nat.

c Eadem aucta.

d Capsula matura dehiscens. magn. nat.

e Eadem aucta.

f Dimidium capsulæ ejusdem.

g Lobus alter ejusdem capsulæ, parte integumenti detracta.



Marattia fraxinea.

M A R A T T I A fraxinea.

MARATTIA rachibus lævibus simplicibus, foliolis lanceolatis ferratis omnibus distinctis.

Habitat in Insulâ Mauritiî. *Thouin.* 2

FILIX inter majores, fraxinea fronde valde formosa.

STIPES . . .

FRONS impari-bipinnata, pinnis alternis.

RACHIS femi teres, canaliculata, glabra; *partialis* vix ac ne vix versus apicem membranâ alata.

PINNULÆ alternæ, vix petiolatæ, lanceolatæ, acuminatæ, ferratæ, læves, uniformes, basin versus pinnæ sensum minores. *Vene partiales* numerosæ, simplices divisæque alternæ, patentés, in apices ferraturarum desinentes.

CAPSULÆ margines versus pinnularum, solitariae, venis insidentes, ante explicationem ovals, magnitudine feminum Lepidii fativi, læves; his tandem longitudinaliter dehiscenribus, foraminula circiter sex in utraque parte conspiciuntur.

SEMINA . . .

EXPL. TAB.

a Capsula nondum dehiscens a fronde separata.

b Eadem insigniter lente aucta.

c Capsula matura dehiscens.

d Eadem aucta.

e Dimidium capsulæ longitudinaliter divisæ.

f Idem cum integumentî portione avulsâ.

g Capsulæ loculamenta.

b Pars integumentî capsulæ cum foraminulis quæ singulis respondent loculamentis.



Acrostichum spicatum Linn.

ACROSTICHUM spicatum, *Linn. fil.*

CRYPTOGAMIA Filices. * * *Fruetificationes in pagina inferiore.*

CHAR. ESSENT. *Fruetificationes* discum frondis totum occupantes.

ACROSTICHUM fronde simplici petiolata lanceolata utrinque attenuata integerrima, spica terminali lineari. *Linn. fil. in Supp.* 444.

In Insulâ Mauritiî legit Commerçon. *Thouin.* 2

RADIX fibrosa, ramosa, fibrillis tomentosis.

FRONDES pedales, erectæ, petiolatæ, simplicissimæ, lanceolatæ, utrinque angustatæ, integerrimæ, glabræ, nervo valido (e petiolo continuato) medium percurrente, venulis partialibus suboppositis, flexuosis, obsolete reticulatis, evanescentibus.

FRUCTIFICATIONES in appendice lineari, biunciali, spiciformi, ad apicem frondis, totam paginam inferiorem tegentes, primò testæ marginibus hujusce appendicis inflexis, dein, reflexis his integumentis, prominulæ.

CAPSULÆ numerosissimæ, minutissimæ, pedicellatæ, ovatæ, nitidæ, pallidè flavæ, *anulo* proprio, articulado, fulvo, longitudinali, hinc amplexæ.

OBS. In Supp. Linn. pro *fronde petiolato-lanceolatâ* legi debet *fronde petiolatâ lanceolatâ*, ut ex manuscriptis originalibus confirmante sana ratione patet.

EXPL. TAB.

a a Semina cum annulis magn. aucta.

b Annulus feorsim.

c c Pedicelli.



γ d e

BIBLIOTHECA
 BELGICA
 "JOSE TORIBIO ACUNA"

Canopteris Rhizophyllal?

CAENOPTERIS. *Auctore Bergio in Act.*
Petrop. A. D. 1782, p. 248.

Darea. *Juss. Gen. p. 15.*

CRYPTOGAMIA Filices. *Fruct. in pagina inferiore.*

CHAR. ESSENT. REFORMAT. *Fructificationes* in lineolis submarginalibus, lateralibus, membranâ exteriùs dehiscente tectis.

CÆNOPTERIS rhizophylla.

CÆNOPTERIS fronde bipinnata apice radicante: pinnulis obovatis subfalcatis petiolatis: primordialibus lobatis.

In Insula Dominica legit Thierry. *Thouin. 4*

STIPES teres, fuscus.

FRONS bipinnata, pinnis alternis.

RACHIS communis teres, fusca, glabra; apice elongata, aphylla, bulbifera, radicans: *partiales* virides, complanatæ, subinde alatæ.

PINNULÆ alternæ, breviter petiolatæ, obovatæ, uninerviæ; *fructificantes* subfalcatæ, apice sæpe dentatæ, læves; *superiores* plerumque confluentes; omnes obscurè virides.

FRUCTIFICATIONES in lineis brevibus, solitariis, lateralibus, versus basin pinnularum, a nervo ortum ducentibus, & ex foliorum angustia marginem attingentibus, membranâ tectis integrâ, scariosâ, fuscâ, e substantiâ ipsius folii enatâ, latere exteriori semper dehiscente, demum reflexâ, persistenti.

FLOSCULI ignoti. Elapsis e rimâ fructificante capsulis, extant *filamenta* numerosa, bifurca, fusca, nitida, quæ annuli sunt capsularum expansi.

Obs. Nomen ineptum (a *καιος novus*, et *πλεpis filix*) in significantius *Clethripteris*, a *κλειθρις rima*, mutavisset, nisi quod mutatio nominum jam typis evulgatorum, modo non ultimâ necessitate cogenti, fieri non debet. Hujus generis est *Asplenium cicutarium Swartz. Prod. Flo. Ind. Occ. Plum. Amer. t. 25, f. A.*

EXPL. TAB.

- a* Foliolum plantæ fructificantis magnitudine auctum.
- b* Membrana fructificationem tegens, vel, si mavis, bractea, vel spatha.
- c* Capfulæ cum annulis (scobs *Bergii*).
- d* Annulus seorsim, magis auctus.
- e* Capfula.

PLANTARUM ICONES

H A C T E N U S I N E D I T Æ,

PLERUMQUE AD PLANTAS

IN HERBARIO LINNÆANO

CONSERVATAS DELINEATÆ.

A U C T O R E

JACOBO EDVARDO SMITH, M.D.


S. S. REG. LOND. TAURIN. NEC NON DELPHIN. SOCIO, ULISSIP. AGRON.
PARIS. ATQUE TAURIN. BOTANOPH. ANDEGAUVENS. CORRESPOND.
SOC. LINN. LOND. PRÆSIDE.

F A S C I C U L U S I I I .

L O N D I N I :

T Y P I S J . D A V I S :

IMPENSIS BENJ. WHITE ET FILII, IN VICO DICTO FLEET-STREET, APUD QUOS PROSTAT
VENALIS; ET PARISIIS APUD LUD. NIC. PREVOST.



VIRO NOBILISSIMO

DIGNISSIMOQUE

HIPPOLITO DURAZZO,

PATRICIO GENUENSI,

OB SINGULAREM EJUS BENEVOLENTIAM


ET AMICITIAM,

IN GRATI ANIMI PIGNUS,

HUNC FASCICULUM

HUMILLIMÈ UTI PAR EST

D. D. D.



AUCTOR.

F A S C I C U L U S III.

- 51 VALERIANA polyflachya.
- 52 - - - - - carnofa.
- 53 - - - - - chærophylloides.
- 54 AGROSTIS capillaris, *Linn.*
- 55 JUNCUS stygius, *Linn.*
- 56 MENZIESIA ferruginea.
- 57 ERICA nudiflora, *Linn.*
- 58 ANDROMEDA falcifolia, *Comm.*
- 59 - - - - - buxifolia, *Lamarck.*
- 60 RUBUS rosæfolius.
- 61 - - - pyrifolius.
- 62 - - - elongatus.
- 63 - - - pedatus.
- 64 - - - stellatus.
- 65 ATRACTYLIS purpurata, *Linn.*
- 66 - - - - - Mexicana, *Linn.*
- 67 EUPATORIUM scabrum, *Linn.*
- 68 - - - - - urticæfolium, *Linn.*
- 69 - - - - - stoechadifolium, *Linn.*
- 70 - - - - - microphyllum, *Linn.*
- 71 STÆHELINA ilicifolia, *Linn.*
- 72 ASPLENIUM resectum.
- 73 - - - - - monanthemum, *Linn.*
- 74 ADIANTUM triphyllum, *Comm.*
- 75 FUCUS inflatus, *Linn.*

P R A E F A T I O.

FAVORE quo duos priores hujusce operis fasciculos rerum naturalium studiosi profecuti sunt haud mediocriter incitatus, tertium lubentiùs profero. Si de raritate plantarum agitur, hic cæteris quidem pretiosior ducendus est. Quippe quod ad quinque species Rubi, et tres Valerianæ spectat, quas hoc fasciculo delineavi, ne verbum quidem ante me quisquam dedit. In hac etiam parte operis gazas illas vegetabilium præ aliis magnificas, Mexicanarum nempe Syngenesiarum, quas Cel. Mutis communicavit, aggressus sum. Harum plurimæ in Ill. Linnæi Supplemento descriptæ innotuerunt; pictoris tamen opè omnes carent. Non paucas ex his, pro occasione data adumbratas, evulgare spero.

Hic autem notandum est, quod ex septem plantis ex Linn. Supplemento desumptis, quas jam in lucem edo, duæ tantummodo species *Atractylidis* a Linnæo patre descriptæ sunt: quatuor species *Eupatorii* tum *Stæhelinam* dedit filius. Is præterea nomina adjecit. Omnia hæc ex autographis edidici.

Dum horum illustriss. vestigia sollicitus insequor, vel horum etiam jurare in verba nolo, quin, prout quæque oculis meis visa fuerint, fideliter omnia et verbis et figuris exprimenda curem.

Quartus fasciculus mox proferendus Volumen primum claudet. Huic adjicietur titulus operis atque index generalis.

Addendum tamen, quod de patriâ Marattiæ lævis et *Cænopteridis rhizophyllæ*, in secundo fasciculo nostro enumeratarum, erroris quidquam irrepsisse suspicor. Patet enim ex D. Thierry nuper defuncti itineribus modo vulgatis, quod insulam Dominicam ipse nunquam adierit. Porro investigatione plantarum a Linn. filio in Galliâ collectarum adhibitâ, satis compertum habui, quod egregius vir incautè nomen *Dominique* cum *Domingue* confudit. Hæc autem insula est quæ Hispaniola appellatur, in quâ D. Thierry diu commoratus plurimas, easque plantas pretiosiores, invenit, et inter cæteras verisimiliter filices antedictas.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
JOSE TORIBIO MEDINA

Valeriana polystachya.

VALERIANA polytachya.

TRIANDRIA Monogynia. *Fl. superi.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* nullus. *Corolla* monopetala, basi hinc gibba, fupera. *Semen* unicum.

VALERIANA floribus triandris, foliis pinnatis, spicâ compositâ verticillatâ.

In agri Bonariensis locis aquosis legit Commerfon. 24 ?

CAULIS adfcendens, teretiufculus, foliofus, ftriatus, glaber.

FOLIA oppofita, omnia (in unico faltem meo exemplario) impari-pinnata, foliolis 9 vel 11, oppofitis, decurrentibus, lineari-lanceolatis, obtufufculis, integerrimis, nifi quod impar aliquando fubdentatus inveniatur, inferioribus minoribus, glabris. *Stipule* nullæ nifi ciliæ aliquæ minutæ intrafoliaceæ.

SPICA terminalis, erecta, composita, brachiata, multiflora. *Spiculæ* plurimæ, oppofitæ, pari foliolorum oppofitorum, basi ciliatorum, ad basin munitæ, acutæ, verticillatæ, terminalis paulo major; verticilli plurimi, 6 ad 10-flori, decuffatim pofiti, *bracteis* fuffulti plurimis, ovatis, acutis, fubcarinatis, glabris.

FLORES albos defcripfit Commerfon in manuſcriptis.

CALYX nullus nifi margo germinis integerrimus vix notabilis.

COROLLA infundibuliformis, basi vix gibba; *limbus* quinquefidus, æqualis, tubo brevior, patulus, laciniis fubovatis, obtufis, trinerviis.

STAMINA tria. *Filamenta* tubo corollæ inferta, parumque longiora, patentia. *Antheræ* fubrotundæ, incumbentes.

PISTILLUM. *Germen* inferum, oblongum, glabrum. *Stylus* ftaminibus dimidio brevior, fubclavatus, pallidus. *Stigma* parvum, obtufufculum.

SEMEN ovale, non vidi maturum, fed mihi videtur pappo immune eſſe.

OBS. Inflorefcentia hujusce ſpeciei, omnino a congenerum diverſa, *Menthis* ſpicatis proximè accedit.

EXPL. TAB.

a Bractea.

b Flos.

c Idem auctus.

d Stamen cum antherâ.

e Germen cum piſtillo.

*Valeriana carnosa.*

VALERIANA carnosā.

VALERIANA floribus triandris, foliis ovalibus dentatis carnosis glaucis.

In Americā meridionali ad Fretum Magellanicum invenit Commerſon. 24

RADIX perennis, cæſpitoſa.

CAULES pedales, erecti, folioſi, teretes, glabri.

FOLIA ſimplicia, groſſè dentata, præcipuè baſin verſus, carnoſa, fucculenta, glauca; *radicalia* longius petiolata, ovalia, obtuſa; *caulina* minora, ſubſeſſilia, oppoſita, obovata. *Stipulæ* nullæ.

CYMA terminalis, trichotoma, multiflora. *Braëteæ* ad omnem ramificationem oppoſitæ, lanceolatae, acutæ, ſubmembranaceæ. *Pedunculi* partiales ſemel dichotomi, cum flore ſolitario ad divaricationem ſeſſili, dein racemoſi, ſimplices, 3 ad 5-flori, floribus ſeſſilibus, braëteolatis, erecto-ſecundis.

COROLLA infundibuliformis, purpurea; *limbo* quinqueſido, ferè regulari, laciniis obtuſis, concavis.

STAMINA tria, corollā paulo longiora, erecto-potentia, filiformia. *Antheræ* ſubcordatæ.

PISTILLUM. *Germen* inferum, ovato-oblongum, curvum, glabrum. *Stylus* clavatus, longitudine ſtaminum. *Stigma* ſimplex, obtuſum.

SEMEN figura germinis, ſolitarium, nudum, vix ſtriatum, denticulis coronatum ut in congeneribus plurimis.

EXPL. TAB.

a Flos.

b Stamen cum antherâ auctum.

c Stylus auctus.

d Semen mag. nat.



BIBLIOTECA NACIONAL
 BIBLIOTECA AMERICANA
 DE TORIBIO MEXICANA

Valeriana checropylloules.

VALERIANA chaerophylloides.

VALERIANA floribus triandris, foliis omnibus pinnatis: foliolis pinnatifidis laciniatis, pedunculis axillaribus.

In provinciâ *Chancay* Peruzæ, locis humidis inter rupes, legit Cel. Dombey. ○

RADIX annua, fibrosa.

CAULIS simplex, adscendens, foliosus, anceps, striatus, glaber.

FOLIA omnia caulina, uniformia, opposita, petiolata, patentia, impari-pinnata, glabra; *pinnis* plerumque alternis, inconditè pinnatifidis laciniatifque, basi valdè angustatis, laciniis acutis. *Stipulae* nullæ nisi pubescentia brevis ad basin petiorum ubi cauli inferuntur.

PEDUNCULI axillares, longitudine ferè foliorum, filiformes, terminati *cyma* simplici, 5 vel 7-florâ. *Bractea* oppositæ, lanceolatæ, binæ sub singulo flore.

FLORES erecti, rubri?

COROLLA infundibuliformis, *limbo* quinquefido, regulari, patente.

STAMINA tria, tubo inserta, limbo vix breviora, patentia. *Antheræ* oblongæ.

PISTILLUM. *Germen* parvum, oblongum, glabrum, viride. *Stylus* longitudine staminum, femitrifidus. *Stigmata* simplicia, parum recurva.

SEMEN ovatum, incurvum, glabrum, pappo vel coronâ destitutum.

OBS. A congeneribus habitu paulum abludit hæc planta, figurâ præcipuè foliorum, quorum aspectu, ignotis floribus, umbelliferam diceres. Situs præterea florum axillaris, minimè terminalis, de genere ejus scrupulum forsitan injiciat; considerata vero floribus et inflorescentiâ, omnis cedit dubitatio. De qualitatibus herbæ nil memorat inventor. Aliquantulum fucculenta videtur, & cum V. Locusta virtutibus convenire verisimile est.

EXPL. TAB.

a Flos magnitudine naturali.


b Germen cum stylo.

c Idem auctum.

d Stamen cum antherâ auctum.

e Semen.

f — auctum.



Agrostis capillaris. Linn.

AGROSTIS capillaris. *Linn.*

TRIANDRIA Digynia. *Flores uniflori vagi.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* bivalvis, uniflorus, corollâ paulo minor. *Stigmata* longitudinaliter hispida.

Sectio ** *Muticæ.*

AGROSTIS panicula capillari patente flexuosa, calycibus fubulatis æqualibus glabris coloratis muticis.

Agrostis capillaris. Linn. Sp. Pl. Ed. 1. 62. Ed. 2. 93.

A. panicula tenuissima. Linn. Flo. Lapp. No. 45.

E Lapponia, ni fallor, habuit Linnæus; locus vero in exemplario ejus inscriptus est nullus: neque plantam invenerunt recentiores, quamvis in albis Lapponiæ vulgarem dixit. ☉?

RADIX . . .

CULMUS adscendens, pedalis, ramosus, teres, lævissimus, geniculis 3 vel 4 obfoletè purpureis.

FOLIA basi vaginantia, subventricosa, striata, glabra, in *laminam* angustam, acutam, definentia. *Stipula* brevis, obtusissima, membranacea.

PANICULA terminalis, erecta, multiflora, glaberrima. *Ramuli* plurimi ex eodem ortu, non vero verticillati, multoties subdivisi, sæpè flexuosi, filiformes, ad divaricationes nodosi, omnes divaricato-patentes. *Pedicelli* omnium tenuissimi ut visum ferè effugiunt, flexuosi, singuli definentes in *Receptaculum* sat magnum, obconicum, glabrum, ut in *Avenis*.

CALYX apice receptaculi insidens, bivalvis, muticus, glaber, rutilans; *valvulis* subæqualibus, ovato-lanceolatis, obtusiusculis, concavis.

COROLLA calyce duplo brevior, tenuissima, bivalvis; *valvulis* hinc connexis, illinc distantibus, apice obtusissimis, subcrenatis.

GENITALIA, longitudine corollæ, in exemplario nostro emarcida, et ob fumam exilitatem vix eruenda.

SEMEN unicum, ovale, utrinque acutum, glabrum.

Obs. Haud exiguam mihi molestiam creavit hoc gramen, ob characterem erroneum synonymaque confusa. Specimen hocce, ex Herbario Linnæano delineatum, ipsissimum est quod in Flo. Lapp. et Sp. Pl. ed. 1, describitur. In prima editione Floræ Suevicæ cum hac aliam quoque speciem (Agrostidem scilicet capillarem omnium auctorum) confudit Linnæus: hinc, in differentiâ specificâ, ubique calyces *hispidiusculos* describit; quæ autem de planta dixit in Flo. Lapp. et Sp. Pl. ed. 1, cum nostrâ figurâ omnino convenit, minimè cum vulgari.

Anne potius Milii species?

EXPL. TAB.

- a* Calyx receptaculo infidens auctus.
- b* Corolla posticè vîsa.
- c* ——— anticè, cum genitalibus in situ.



Juncus stygius. Linn.

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSE TORIBIO MEDINA"

JUNCUS stygius. Linn.

HEXANDRIA Monogynia.

*** Flores incompleti.

CHAR. ESSENT. *Calyx* hexaphyllus. *Corolla* nulla. *Capf.* uni- vel trilocularis.

Sectio * * *Culmis foliosis.*

JUNCUS foliis fetaceis depreffiusculis, pedunculis geminis terminalibus, glumis foliariis subbifloris. Linn. Sp. Pl. 467.

In Sueciæ paludibus cæspitosis sylvaticis profundis. Ex Lapponiâ et Uplandiâ recepit Linnæus. 4

RADIX perennis, simplex, articulata, radiculis foliariis, foliisque emarcidis præcedentis anni tectæ.

CULMUS spithameus, erectus, teres, lævis, foliatus.

FOLIA caulina duo: *infimum* longitudine culmi, fubulatum, teretiusculum, compressiusculum, vix manifestè striatum; apice fusco; basi vero canaliculatum, marginibus membranaceis, amplexicaulibus: *superius* brevius, nec præcedentis altitudinem attingens.

SPATHA (nisi folium velis tertium terminale) fubulata, canaliculata, purpurascens, apice fusca, uncialis, e qua prodeunt

PEDUNCULI duo, stricti; *exterior* brevissimus; *interior* longitudine spathæ, rectus; uterque terminatus *glumâ* bivalvi, biflora, *valvulis* parvis, membranaceis, albidis, concavis, acutiusculis, basi equitantibus, floribus triplo brevioribus.

CALYCIS lacinie tres *exteriore*s lanceolata, angustiores, rigidiores, dorso striata, purpurascens; *interiore*s latiores, tenuiores, planiores, albidæ, vix purpurascens; omnes acutæ, persistentes, maturescente fructu, attenuatæ & marcidæ.

STAMINA. *Filamenta* sex, capillaria, vix longitudine calycis. *Antheræ* subovata, flavæ.

PISTILLUM. *Germen* longitudine ferè calycis, ovatum, triquetrum. *Stylus* filiformis, brevis. *Stigmata* tria, recurva, obtusa, villosa.

CAPSULA calyce longior, nitida, fusca, apice rufa, semitrilocularis, polysperma. *Valvulæ* ovata, obtusiusculæ, apice parum recurvæ. *Dissepimenta* e centro valvularum ad basin, sensim versus medium evanescentia.

SEMINA triquetra, utrinque acuminata, nitida, albidæ.

Obs.

OBS. Descriptionem e manuscriptis Linnæanis quoad maximam partem mutuatus
fum. Cum Junco bufonio, certe distinctissimo, confudit olim Linnæus, quod for-
sit fecere alii. Anne Britannix indigena ?

EXPL. TAB.

- a* Bractea.
- b* ——— aucta.
- c* Flos post anthesin clausus.
- d* Idem auctus.
- e* Stamen cum antherâ.
- f* ——— auctum.
- g* Capsulæ maturæ.
- h* Valvula capsulæ aucta, externè visa.
- i* Eadem e parte internâ.
- k* Semen.
- l* ——— auctum.





BIBLIOTHECA NACIONAL
BIBLIOTHECA AMERICANA
"VRSO TORO"
Monzusia ferruginea.



MENZIESIA.

OCTANDRIA Monogynia. Flores completi.

CHAR. ESSENT. *Calyx* monophyllus, repandus. *Corolla* monopetala. *Filamenta* receptaculo inferta. *Capsula* supera, quadrilocularis; *dissepimenta* e marginibus inflexis valvularum.

Nomen dedi in honorem Archibaldi Menzies Scotici, peregrinatoris et botanici indefessi, priscæ fidei ac urbanitatis viri, qui hanc plantam aliasque plurimas novas vel rarissimas, in abditissimis America oris occidentalibus a se ipso lætas, mecum communicavit.

MENZIESIA ferruginea.

In America borealis tractu occidentali copiosissimè crescit. *Menzies.* ½

CAULES fruticosi, bi- vel tripedales, erecto-patentes, determinatè ramosi, teretes, glabri; *cortex* albidus, longitudinaliter diffiliens & deciduus. *Ramuli* patentes, apice foliosi, *juniores* hirsuti & tomentosi. *Gemmæ* terminales, ovatae, pubescentes; *squamis* ciliatis, exterioribus carinâ sæpe pilosâ.

FOLIA alterna, apicem versus ramulorum confertiora, petiolata, patentia, obovato-lanceolata, glandulo obtuso terminata, ferrulata, ciliata, pilosa, venosa, subtus pallidiora et præter venas (quæ sæpe pilis atque fetis validissimis armatae sunt), glabra, decidua. *Petoli* breves, alati. *Stipulae* nullæ.

FLORES e gemmis præcedentis anni, cum foliis ramulisque junioribus, erumpunt plurimi, pedunculati, nutantes, ferruginei. *Pedunculi* unciales, subangulati, glanduloso-hispidi. *Bractææ* nullæ nisi squamæ gemmarum deciduæ.

CALYX monophyllus, parvus, planus, margine repandus, vix quadrilobus, ciliatus, extus basi incanus, persistens.

COROLLA calyce multo major, ovata, glabra, margine quadrifida, laciniis parvis, obtusis, patulis.

STAMINA. *Filamenta* octo, receptaculo inferta, subulata, longitudine æqualia, apice approximata, corolla breviora, glabra. *Antheræ* erectæ, lineari-oblongæ, biloculares, basi obtusæ, bilobæ, apice dehiscences poris duobus, glabræ.

PISTILLUM. *Germen* superum, conicum, quadrifidum, glabrum. *Stylus* staminibus paulo longior, rectus, quadrangularis. *Stigma* obtusum, quadrilobum.

CAPSULA erecta, subovalis, quadrangularis, quadrifidum, glabra, supernè dehiscens, quadrilocularis, quadrivalvis, valvulis singulis duplicatis, e marginibus valvularum inflexis nempe formatis. *Columella* simplex, longitudine valvularum.

SEMINA.

SEMINA numerosa, parva, oblonga, angustissima, utrinque acuta.

OBS. Genus habitu Rhodoræ Azalearumque Americanarum, flore Andromedæ, numero Ericæ, capsulâ Rhododendri, ab omnibus charactere supra dato satis distinctum, inter *Rhododendra* Jussieui (*Class.* 9. *Ord.* 2.) numerandum.

EXPL. TAB.

- a* Stamina & pistillum, abscissâ corollâ.
- b* Stamen seorsim.
- c* Anthera aucta.
- d* Calyx cum pistillo.
- e* Eadem aucta.
- f* Stigma magis auctum.
- g* Capsula matura.
- h* Ejusdem sectio transversalis.
- i* Semen.
- k* — auctum.



Erica nudiflora. Linn.

HERBARIUM NACIONAL
MUSEO NACIONAL
"JUAN M. MEDINA"

ERICA nudiflora. Linn.

OCTANDRIA Monogynia. Flores completi.

CHAR. ESSENT. *Calyx* tetraphyllus. *Corolla* quadrifida. *Filamenta* receptaculo inferta. *Antheræ* bifidæ. *Capfula* quadrilocularis.

Sectio **** *Antheris muticis exsertis, foliis ternis.*

ERICA antheris muticis exsertis, corollis cylindricis sparsis, foliis ternis, ramis tomentosis. Linn. Mant. 2, p. 229.

E Promontorio Bonæ Spei unicum specimen habuit Linnæus. ½

CAULIS fruticosus, determinatè ramosus, teres, tortuosus. Cortex tomento albo obductus, rimosus, deciduus. Ramuli plurimi, erecti, foliosi, multiflori, densius tomentosi.

FOLIA terna, breviter petiolata, erecto-patentia, lineari-lanceolata, obtusiuscula; subtus gibba, sulco longitudinali exarata; supra concaviuscula; utrinque glabra, minutissimè punctulata; juniora basi ciliata.

FLORES numerosi, axillares, pedunculati, subnutantes. Pedunculi longitudine foliorum, capillares, pubescentes. Bractæas inveni nullas.

CALYX simplex, parvus; foliolis ovato-lanceolatis, acutis, carinatis, basi gibbis, glabris.

COROLLA campanulato-cylindrica, longitudine dimidii pedunculorum, calyce quadruplo fere longior, glabra, margine quadrifida, laciniis parvis, obtusis, erectis.

STAMINA. Filamenta octo, erecta, parallela, capillaria, corollâ longiora, glabra. Antheræ omnino exsertæ, erectæ, muticæ, femibifidæ; lobis obtusis, divaricatis, apice poro subrotundo e parte interna dehiscentibus; basi intus gibbæ, glabræ.

PISTILLUM. Germen parvum, subrotundum. Stylus staminibus longior, capillaris. Stigma capitato-obtusum.

FRUCTUS in exemplario deest.

Obs. Hæc Ericæ species inter rarissimas et minus cognitæ procul dubio censenda est, cum acutissimus Dryander, qui genus hoc immensum et difficillimum aliquandiu attentissimo egerit animo, ut in futuro pretiosissimo opere, de plantis rarioribus in horto Kewensi cultis, absolutissimum prodeat, nullibi nisi in herbario Linnæano eam vidit. Celeberrimus insuper Thunbergius, qui monographiam egregiam, omnibus botanicis notissimam, de Ericâ jamdudum evulgavit, Ericam nudifloram, nescio quo casu, planè omisit.

EXPL. TAB.

- a* Pedunculus cum calyce.
- b* Corolla cum genitalibus.
- c* Genitalia seorsim.
- d* Stamen.
- e* Anthera aucta, posticè.
- f* ————— anticè.
- g* Germen cum stylo.
- b* Stigma auctum.



BIOTECNA NACIONAL
BIOTECNA AMERICANA
"TANIBIO MEDINA"



Andromeda salicifolia Comm.

ANDROMEDA falicifolia.

DECANDRIA Monogynia. *Flores monopetali, æquales.*

CHAR. ESSENT. *Calyx* quinquepartitus. *Corolla* ovata, ore quinquefido. *Capsula* fupera, quinquelocularis; difsepimentis e medio valvularum.

ANDROMEDA racemis fecundis nudis, corollis fubcylindricis, foliis lanceolatis acutis integerrimis.

A. falicifolia. *Lamarck Encycl.* 159.

In infulâ Mauritiî legit Commerfon. *Tbouin.* 1

CAULIS arboreus. *Rami* viminei, fubflexuofi, teretes, glabri, foliofi, apice floriferi.

FOLIA perennantia, alterna, petiolata, erecto-patentia, lanceolata, acuminata, integerrima, margine parum revoluta; fupra viridia, glabra, lineis duabus longitudinalibus nervo parallelis notata, ut fere trinervia videntur; fubtus albida, nervo valido rubicundo extante, reticulato-venofa. *Petoli* canaliculati, glabri.

RACEMI fubpaniculati, terminales. *Pedicelli* fecundi, alterni, fimplices, breves, angulati, ebracteati, floriferi nutantes, fructiferi erecto-patentes.

CALYX ultra medium quinquefidus, rugofus, carnofus, glaber, fubinde ciliatus, perfiftens; *laciniis* deltoideis, obtufiusculis, fubcarinatis.

COROLLA calyce triplo longior, ovato-cylindrica, margine quinquefido; *laciniis* parvis, fubrotundis, obtufis, paulo reflexis.

STAMINA. *Filamenta* corollâ dimidio breviora, fimplicia, curva, villofa, bafi dilatata. *Antheræ* erectæ, oblongæ, muticæ, biloculares, apice poris duobus dehiscentes, bafi gibbæ.

PISTILLUM. *Germen* fubrotundum, obfoletè quinquelobum, glabrum. *Stylus* longitudine fere corollæ, reclusus, fubquingularis. *Stigma* obtufum, quinquepapillofum.

CAPSULA lignofa, glabra, oblonga, quinquangularis, quinquevalvis, apice ad angulos dehiscentes; *valvulis* extus concavis, intus e medio feptiferis.

SEMINA numeroſa, parva, oblonga.

Obs. Effentia generis in capſulâ fupera, difsepimentis e medio valvularum, nec e marginibus earundem inflexis (ut in Rhododendro) formatis, confiftit. Hinc Andromeda Dabeocii, droferoides, & cærulea ad Ericas removenda funt.

EXPL.

EXPL. TAB.

- a* Flos.
- b* Stamen cum antherâ.
- c* ————— auctum.
- d* Germen cum stylo.
- e* Stigma auctum.
- f* Capsula.
- g* Valvula capsulæ e parte internâ.
- h* Ejusdem sectio transversalis.



Andromeda buxifolia Lamarck.

ANDROMEDA buxifolia.

Lamarck Encycl. 159.

ANDROMEDA racemis fecundis nudis, corollis subcylindricis, foliis cordato-ovatis integerrimis mucronulatis.

In insulâ Borboniâ legit Commerçon. *Thouin.* ½

CAULIS fruticosus. *Rami* teretes, glabri, foliosi, apice floriferi.

FOLIA perennantia, sparsa, petiolata, patentia, unguicularia, ovata, basi cordata, obtusa, mucronulata, integerrima, margine subrevoluta; supra læte viridia, glabra; subtus albida, reticulato-venosa, nervo valido extante. *Petoli* breves, canaliculati, rugosi.

RACEMI ramulorum apicem versus, axillares, vix terminales, recti, simplices, multiflori. *Pedicelli* alterni, simplices, angulati, leviter pubescentes, ebracteati, floriferi subnutantes, fructiferi erecto-patentes.

FLORES tam similes A. *salicifoliæ* ut descriptio specialis supervacanea foret, nisi quod calyx magis ciliatus sit, laciniæque corollæ erectæ.

FRUCTUS immaturus leviter pubescit, structurâ tamen gaudet A. *salicifoliæ*.

OBS. Pulchræ hæ duæ *Andromedæ* species inter se valde affines sunt, fructificatione enim vix ullo modo discrepant, nec nisi figura (minime structura) foliorum distinguuntur. Caret vero A. *buxifolia* lineis nervo foliorum parallelis in lterâ specie tam conspicuis & singularibus.

EXP. TAB.

a Flos.

b Stamen cum antherâ.

c ————— auctum.

d Germen cum stylo.

e Stigma auctum.

f Capsula.

g Valvula capsulæ e parte internâ.

h Valvulæ sectio transversalis.



BLADT
 RIBES ROSA
 ROSE TRIND MEDICIN
 a

Rubus rosafolius.

R U B U S rofaefolius.

CHAR. ESSENT. *Vide Num. 19.*

* *Frutescentes.*

RUBUS foliis quinato-pinnatis ternatisque utrinque viridibus, caule petiolisque aculeatis, floribus folitariis.

In insulâ Mauritii legit Commerfon. *Thouin.* ½

CAULIS fruticosus, teres, pubescens, aculeatus; *aculeis* flavescentibus, apice recurvis.

FOLIA pinnata; *foliolis* plerumque quinis, subsessilibus, ovatis, acutis, duplicato-fer-ratis, utrinque viridibus, subpilosis; impari maximo, elongato, petiolato. *Petiolus communis* canaliculatus, pilosus, aculeatus, aculeis parvis, aduncis. *Stipulæ* binæ, lineares, acutæ, angustissimæ.

PEDUNCULI solitarii, oppositifolii, unciales, patentés, pilosi, uniflori. *Braçtææ* nullæ.

CALYX profunde quinquefidus, laciniis ovatis, longiùs acuminatis, integris, utrin-que pubescentibus.

PETALA calyce paulo breviora, subrotunda, unguiculata, alba?

STAMINA. *Filamenta* petalis dimidio breviora. *Antheræ* subrotundæ, parvæ.

PISTILLUM. *Germina* parva, numerosissima. *Styli* breves. *Stigmata* obtusa.

FRUCTUS globosus, ex acinis numerosissimis glabris compositus, neque valde succu-lentus videtur.

EXPL. TAB.


a Petalum.

b Stamen.

c ——— auctum.

d Acinus.

e ——— auctus.



Rubus pyrifolius.

R U B U S pyrifolius.

RUBUS foliis simplicibus ovalibus acuminatis ferratis nudis, caule aculeato paniculato, petalis minutis.

In Java legit Commerfon. *Thouin.* 2

CAULIS fruticosus, subflexuosus, teres, leviter hirsutus, aculeis parvis recurvis.

FOLIA alterna, petiolata, patentia, ovalia, acuminata, ferrata, venosa, glabra, venis utrinque hirsutis. *Petoli* breves, hirsuti. *Stipule* vix ullæ.

PANICULA terminalis, erecta, subthyrsoides, multiflora, alternè ramosa, pubescens. *Pedunculi* e rudimentis florum abortivorum nodosi, subdivisi. *Pedicelli* teretes, vix incrassati. *Bractee* oblongæ, multifidæ, pubescentes, deciduæ.

CALYX profundè quinquefidus, laciniis ovatis, acuminatis, exterioribus apice trifidis, utrinque tomentosus.

PETALA minutissima, calyce quadruplo breviora, ovalia, obtusa, apice dentata.

STAMINA. *Filamenta* capillaria, calyce paulo breviora. *Antheræ* subrotundæ, didymæ.

PISTILLUM. *Germina* subpubescentia. *Styli* erecti, longitudine staminum. *Stigmata* obtusa.

FRUCTUS ex acinis paucis ovatis compositus videtur: colorem ejus nescio.

EXPL. TAB.

a Flos a tergo visus.

b Petalum.

c ——— auctum.

d Stamen cum antherâ.

ee Antheræ auctæ.

f Germina cum stylis.

g Fructus acinus fere maturus.

Folia insectorum edacitate peresa, gallisque occupata, ut in exemplario nostro, repræsentantur.



Rubus longatus.

R U B U S elongatus.

RUBUS foliis simplicibus cordatis acuminatis duplicato-crenatis subtus tomentosis, caule aculeato, calycibus obtusis.

In Java legit Commerfon. *Thouin.* ½

CAULIS fruticosus, teres, pubescens, minutè aculeatus.

FOLIA alterna, petiolata, cordato-oblonga, acuminata, duplicato-crenata, crenaturis acutis (in icone nostrâ tamen nimis aliquantulo acuta depinguntur) supra lævia, subtus tomentoso-alba, venosa. *Petoli* foliis breviores, teretiufculi, pubescentes, inermes. *Stipulæ* nullæ vel caducæ.

PANICULA terminalis, elongata, tomentosa, flexuosa, multiflora, alternè ramosa. *Pedicelli* conferti vel solitarii, breves, supernè paululum incrassati, fericei, erecti. *Bractææ* oblongæ, concavæ, extus pubescentes, apice dentatæ, deciduæ.

CALYX femiquinquefidus, laciniis obtusis cum mucronulo, fericeus.

PETALA subrotunda, alba, haud bene explicata vidi.

STAMINA corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ.

PISTILLUM. *Germina* subrotunda. *Styli* breves.

FRUCTUS, auctoritate Commerfonii, ruber.

EXPL. TAB.

a Petalum posticè.

b ——— anticè.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"DR. FORDIO MEDINA"

Rubus pedatus.

R U B U S pedatus.

Seçtio ** *Herbacei.*

RUBUS foliis pedato-quinatis incis, pedunculis filiformibus medio bracteatis, calycibus glabriusculis.

In Americæ borealis tractu occidentali legit Archibaldus Menzies. 24

RADICES fibrosæ, e geniculis caulinis.

CAULIS procumbens, repens, teres, inermis, glaber.

FOLIA erecta, petiolata, ternata, foliolis lateralibus utrinque binatis, hinc folium pedatum videtur; *foliola* breviter petiolata, obovata, incisa, acutè crenata, venosa, utrinque viridia, nuda, ad venas subhirsuta, exteriora sæpe hinc obsoletè lobata. *Petiol*i longissimi, lineares, canaliculati, glabriusculi, inermes. *Stipulæ* binæ, ad basin petiolorum, subrotundæ, concavæ, membranaceæ, obtusæ.

FLORES solitarii, pedunculati, erecti, albi?

PEDUNCULI filiformes, longitudine petiolorum, supernè subpubescentes.

BRACTEÆ binæ, oppositæ, medium versus pedunculi, subrotundæ, obtusæ, glabræ, parvæ.

CALYCIS foliola oblonga, reflexa, acutiuscula, utrinque dente uno alterove sæpius munita, venosa, glabra vel levissimè pilosa, nec ut in affinis plurimis tomentosa.

PETALA longitudine calycis, obovata, patentia.

STAMINA petalis breviora. *Antheræ* parvæ, subrotundæ.

PISTILLUM. *Germina* parva, glabra. *Styli* vix longitudine staminum, erecti. *Stigmata* obtusa.

FRUCTUS desideratur.

Obs. Planta tenella delicatula ab omnibus Rubis herbaceis dignoscitur foliis pedatis.

Specimina pulchra communicavit amicissimus Menzies, nec prius vidi.

Ante Rubum faxatilem inferendus.

EXPL. TAB.

a a Folia calycina.

b Petalum.

c Stamen cum antherâ.

d Anthera aucta.

e Germina.

f Unum e germinibus seorsim, auctum.

*Rubus stellatus.*

BIBLIOTECA NACIONAL
SECRETARIA AGRICULTURA
MEXICO D.F. MEDINA

R U B U S stellatus.

RUBUS foliis simplicibus lobatis, caule inermi erecto unifloro, laciniis calycinis lanceolatis acutis.

In Americæ borealis tractu occidentali legit Archibaldus Menzies. 24

RADIX ramosa, fibrosa.

CAULIS simplex, erectus, omnino herbaceus, brevis, foliosus, teres, inermis, pubescens, uniflorus.

FOLIA tria vel quatuor in caule, alterna, petiolata, patentia, basi cordata, triloba, acutè inæqualiterque ferrata, rugosa, supra nuda, subtus pallidiora venis pilosis. *Petioles* filiformes, pilosi, caulem plerumque superantes. *Stipulae* binæ, ovatae, acutæ, membranaceæ, nudæ.

FLOS breviter pedunculatus, terminalis, solitarius, erectiusculus, ruber, pro ratione plantæ magnus.

CALYX basi turbinatus, multinervosus, pubescens, persistens, laciniis septem vel octo, nearibus, acuminatis, longissimis, patentibus.

PETALA laciniis calycis alterna numeroque paria, paululum longiora, obovato-lanceolata, obtusiuscula, patentia.

STAMINA. *Filamenta* calyce multò breviora, incurva, diu persistentia. *Antheræ* subcordatæ.

PISTILLUM. *Germina* in fundo calycis, parva. *Styli* breves.

FRUCTUS mihi nondum innotuit.

OBS. Affinis est Rubo arctico, sed foliis simplicibus, flore ferè sessili distincta. A Rubo Chamæmoro distinguitur facie, at præcipuè laciniis calycinis lineari-lanceolatis nec ovatis. Calyx cum staminibus præcedentis anni sæpius per hyemem persistit in caule marcido.

Inter Rubum arcticum & Chamæmorum Systemati inferendus.

EXPL. TAB.

a Lacinia calycis.

b Petalum.

c Stamen cum antherâ.

d Idem auctum.



BIBLIOTECA NAC
BIBLIOTECA AMER.
1808 TORINO MEDIC

Atractylis purpurata Linn.

ATRACTYLIS purpurata *Linn. Mss.*

SYNGENESIA Polygamia æqualis.

Flores capitati.

CHAR. ESSENT. *Corolla* radiata: corollulis radii tri- vel quinque-dentatis.

ATRACTYLIS (*purpurea*) foliis hastatis runcinatis. *Linn. Supp.* 349.

In Nova Granada legit Mutis.

RADIX . . .

CAULIS teres, densè lanatus, fruticosus ni fallor, specimen enim Mutisianum, cuius iconem hic fisto, apex ramuli foliis floribusque terminati videtur.

FOLIA conferta, dodrantalia, runcinata, acuta, irregulariter dentata, venosa; supradum primò erumpunt lanà albâ fugaci tecta, postea lævissima fiunt & viridia; subtus semper alba, densè tomentosa; lobo terminali maximo. *Stipulæ* nullæ.

PEDUNCULI terminales? foliis longiores, ramosi, angulosi, scabri, lanati, supernè squamis linearibus, acutis, tecti.

FLORES magni, erecti, speciosi, purpurei.

CALYX *communis* imbricatus; *foliola* lineari-lanceolata, acuminata, margine membranacea, extus scabra, exteriora minora.

COROLLA *communis* radiata, flosculis omnibus hermaphroditis. *Flosculi radii* circiter viginti ligulati, bilabiati; *labium exterius* apice reflexum, tridentatum, extus densè lanatum; *interius* angustissimum, spiraler contortum. *Fl. disci* tubulosi, glabri, margine quinquefidi, æquales, laciniis acutis, reflexis.

STAMINA utrisque *Filamenta* quinque, capillaria. *Antheræ* lineares, in tubum connexæ, flavæ.

PISTILLUM. *Germen* utrisque oblongum, pilosum. *Stylus* subclavatus, *disci* brevior. *Stigma* obtusum, vix bifidum inveni.

SEMEN oblongum, hinc gibbum. *Pappus* longitudine calycis, oculo armato scaber.

RECEPTACULUM nudum. *Linn.*

EXPL.

EXPL. TAB.

- a a* Foliola calycina.
- b* Flosculus radii, germine avulso, anticè visus cum genitalibus in situ naturali.
- c* Idem posticè.
- d* Genitalia seorsim, aucta.
- e* Flosculus disci, germini insidens.
- f* Corollula aucta.
- g* Genitalia aucta.
- b* Germen cum stylo, pappo orbatum.



Stradylis mexicana Linn:

BIBLIOTHECA IN.
BIBLIOTHECA AMER.
MUSEO MEDIC.

ATRACTYLIS Mexicana, *Linn.*

ATRACTYLIS foliis oblongis integerrimis. *Linn. Supp.* 350.

In agro Mexicano legit Mutis. 2

CAULIS fruticosus.

RAMI simplicissimi, graciles, foliosi, uniflori? subflexuosi, teretes, striati, tomento albo obducti, inermes.

FOLIA alterna, breviter petiolata, lanceolata, acuminata, integerrima, reticulato-venosa; supra nuda, lætè viridia, lucida; subtus nivea, tomentosa, punctis sparsis fere glandulosis inter tomentum. *Stipulae* nullæ. *Petioles* crassiusculi, carinati, tomentosi.

FLOS in nostro exemplario solitarius, terminalis, nutans, foliis duobus vel tribus diminutis bractæformibus suffultus.

CALYX communis imbricatus, tomento albissimo obvolutus; *foliola* lanceolata, acuta, subpungentia, exteriora minora.

COROLLA communis radiata, purpurea.

Flosculi radii numerosi, ligulati, absque labio interiore, apice tridentati, glabri, fœmininei? antheras in his saltem non inveni, nec descripsit Linnæus. *Stylus* clavatus, corollâ brevior, purpureus. *Fl. disci* tubulosi, margine quinquefidi, æquales, laciniis acutis, patentibus.

STAMINA in disci flosculis quinque. *Antheræ* in tubum connexæ, exstantes, flavæ.

PISTILLUM. *Stylus* ut in flosculis radii, antheris brevior. *Germen* non vidi.

SEMINA non vidi. *Pappus* calyce brevior, albus, oculo armato scaber.

RECEPTACULUM paleis brevissimis munitum descripsit Linnæus.

EXPL. TAB.

a Flosculus disci cum staminibus in situ.

b Idem auctus.

c Flosculus radii cum stylo.

d Idem auctus.



BIBLIOTHECA HORTONIANA
 HERBARIUM AMERICANUM
 "JOSEPH HORTON"

EUPATORIUM scabrum, *Linn.*SYNGENESIA Polygamia æqualis. *Discoidei*.

CHAR. ESSENT. *Receptaculum* nudum. *Pappus* plumosus. *Calyx* imbricatus, oblongus. *Stylus* femibifidus, exsertus.

Sectio * * * *Calycibus sub-octofloris*.

EUPATORIUM villosum, foliis oppositis petiolatis ovatis integrifolius rugosis supra scabris. *Linn. Supp.* 354.

In Nova Granada legit Mutis. 4

CAULIS suffruticosus? erectus, ramosus, teretiusculus, striatus, villosus-scaber, foliifolius, multiflorus. *Ramuli* oppositi, angulati, apice floriferi.

FOLIA opposita, brevius petiolata, erecto-patentia, ovata, acuminata, subserrata, rarius integra, venosa, subtrinervia, rugosa, subtus hirta, supra scaberrima. *Stipulae* nullae.

PANICULAE terminales, erectae, hirtae, multiflorae, coarctatae. *Pedunculi* oppositi. *Pedicelli* plerumque alterni. *Bractae* lanceolatae, hirtae.

FLORES erecti, flavi?

CALYX cylindricus, imbricatus, glaber: *squamis* oblongis, obtusis, trinerviis, apice sub-callofis; *exterioribus* brevioribus latioribusque.

FLOSCULI 7 vel 8, vix calyce longiores, tubulosi, pentagoni, ore quinquefido; laciniis parvis, integris, patulis.

STAMINA. *Filamenta* capillaria, brevia. *Antherae* corollae paulo longiores, connatae, flavae.

PISTILLUM. *Germen* obconicum, tenue, triangulare, obliquum, glabrum. *Stylus* antheras longè superans, femibifidus. *Stigmata* simplicia, divaricata.

RECEPTACULUM fere cylindricum, obtusum, punctatum, nudum. *Semina* figura germinis, nigra. *Pappus* vix longitudine corollae, ferratus, vix plumosus, patens.

Obs. Planta exsiccata nigrescit, fragilisque fit, odore et sapore expers, floribus flavescens.

EXPL. TAB.

- a* Flos integer.
- b* Squama e basi calycis aucta externè visa.
- c* Eadem internè.
- d* Squama calycis interior externè.
- e* Eadem internè.
- f* Flosculus seorsim auctus.
- g* Receptaculum auctum, squamis aliquot calycinis ad basin manentibus.

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"



Eupatorium urticifolium Linn.

EUPATORIUM urticaefolium, *Linn.*

Sectio **** *Calycibus quindecim pluribusve flosculis.*

EUPATORIUM hispidum, foliis petiolatis cordatis inciso-ferratis, panicula terminali, calycibus multifloris subulatis subpungentibus. *Linn. Supp.* 354.

In Nova Granada legit Mutis. 2

CAULIS erectus, ramosus, teres, striatus, pilosus, foliosus.

FOLIA opposita, petiolata, patentissima, cordata, obtusiuscula, profundè atque irregulariter ferrata, venosa, basi trinervia, utrinque piloso-hispida, subtus pallidiora. *Petiolis* vix longitudine foliorum, angulati, æquales. *Stipulae* nullæ.

PANICULA terminalis, subcymosa, erecta, pilosa. *Pedicelli* alterni, vel conferti. *Bractea* lineares, paucæ.

FLORES erecti, pallidè purpurei.

CALYX subcylindricus, patulus, imbricatus, pubescens: *squamis* lanceolato-subulatis, mucronato-pungentibus, carinatis, trinerviis, margine attenuatis; *exterioribus* minoribus.

FLOSCULI numerosi, calyce parum longiores, tubulosi, ore quinquefido; laciniis parvis, erectiusculis, subrotundis, obtusis, ferratis, pubescentibus.

STAMINA. *Filamenta* *Anthera* corollâ breviores.

PISTILLUM. *Germen* obovatum, angulatum, glabrum. *Stylus* longè exsertus, semibifidus. *Stigmata* distantia, clavata, obtusa.

RECEPTACULUM parvum, hemisphæricum, punctatum, nudum. *Semina* nigra. *Pappus* corollâ brevior, albus, oculo armato minutè ferratus.

OBS. Herba primo intuitu Urticæ simillima, sed folia basi trinervia, ut in Scrophulariâ nodosâ, Arctio Lappâ, aliisque, ac si basi ad nervos laterales excisa fuissent. Confer Linn. Flo. Suec. p. 218.

EXPL. TAB.

a Flos integer, auctus.

b Squama calycis.

c Flosculus.

d Receptaculum cum portione calycis.

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"



Eupatorium stoechadifolium Linn.

EUPATORIUM ftoechadifolium, *Linn.*

EUPATORIUM tomentosum, foliis petiolatis linearibus crenatis tomentosis subtus canis, panicula terminali. *Linn. Supp.* 355.

In Nova Granada legit Mutis. 24

CAULIS erectus, subvimineus, teretiusculus, tomento albo, denso, mollissimo tectus.

FOLIA opposita, breviter petiolata, patentia, lineari-lanceolata, obtusa, crenata, plana, uninervia, venulis numerosis, divaricatis, alternis; supra viridia, tomento-mollia; subtus dense lanata, alba, uti et caulis et petioli. *Stipulae* nullae.

PANICULÆ caulem ramulosque terminantes, erectæ, subcorymbosæ, multifloræ, conglomeratæ. *Pedunculi* oppositi, dein variè divisi, lanati. *Bracteæ* nullæ nisi par foliorum, aliis minorum, ad basin cujusvis paniculæ.

FLORES purpurei, calyce rutilante.

CALYX cylindricus, imbricatus, basi lanatus: *squamis* acutis, linea longitudinali viridi, margine membranaceis, ciliatis; *interioribus* sublinguiformibus; *exterioribus* lanceolatis, minoribus.

FLOSCULI numerosissimi, longitudine calycis, tubulosi, parum ventricosi, pentagoni, ore quinquefido; laciniis erecto-patentibus, acutiusculis, integerrimis, vix pubescentibus.

STAMINA. *Filamenta* *Anthere* inclusæ.

PISTILLUM. *Germen* obovatum, compressum, incurvum, glabrum. *Stylus* exsertus, vix semibifidus. *Stigmata* patentissima, clavata, obtusa, purpurea.

RECEPTACULUM subglobosum, alveolatum, non vero squamosum. *Semina* figura germinis. *Pappus* corolla brevior, flavescens, scaber.

OBS. Linnæus filius hujusce plantæ corollam pubescentem descripsit, at mihi videtur glabra.

EXPL. TAB.

- a Flos magnitudine naturali.
- b Squama e basi calycis aucta.
- c ——— calycis interior aucta.
- d Flosculus.
- e Receptaculum.



Eupatorium microphyllum Linn.

BIBLIOTECA NAT.
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSE TORIBIO MEDINA"

EUPATORIUM microphyllum, Linn.

EUPATORIUM foliis triangulari-ovatis novemcrenatis subtus tomentosis venosis, panicula conglomerata terminali, pedunculo elongato. *Linn. Supp.* 355.

In Nova Granada legit Mutis. 1

CAULIS suffruticosus, lignosus, ascendens, parum ramosus, foliosus, teres, subhirsutus.

FOLIA opposita, patentia, petiolata, parva, triangulari-ovata, obtusa, margine revoluta, crenata; crenis utrinque quatuor (rarius tribus vel quinque) cum impari terminali; rigidula, crassiuscula; supra viridia, glabra; subtus lanata, alba, reticulato-venosa. Petioli longitudine foliorum, pilosi. Stipulae nullae.

PANICULA terminalis, longius pedunculata, conglomerata, subcorymbosa. Pedicelli variè divisi, hirti. Bractae duae ad primam paniculae ramificationem, plerumque lanceolatae, subinde foliis conformes.

FLORES purpurei, pauciores quam in E. stoechadifolio.

CALYX subcylindricus, imbricatus, basi vix pubescens: squamis omnibus lanceolatis, acutis, nervosis, margine attenuatis, ciliatis; exterioribus minoribus et crassioribus.

FLOSCULI numerosi, vix longitudine calycis, tubulosi, supernè ventricosi, nequaquam angulati, ore quinquefido; laciniis erecto-patentibus, obtusiusculis, integris, extus dense pubescentibus.

STAMINA. Filamenta brevia. Antherae inclusae.

PISTILLUM. Germen parvum, obovatum, incurvum, striatum, glabrum. Stylus exsertus, vix semibifidus. Stigmata patentissima, obtusa, purpurea.

RECEPTACULUM subconicum, punctatum, nudum. Semina figura germinis, fusca. Pappus longitudine fere corollae, oculo armato vix manifeste scaber.

Obs. Structura florum in hac et praecedenti valde similis est, quamvis plurimis notis diversa, ut e figuris et descriptionibus nostris intelligi potest.

EXPL. TAB.

a Flos parum auctus.

b Squama calycis magis aucta.

c Flosculus.

d Corolla stylum exferens seorsim.

e Dimidium calycis cum receptaculo minus aucto.

f Receptaculum seorsim magis auctum.



BIBLIOTECA NAC.
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"

Scaevola taccada Linn.

STÆHELINA ilicifolia, Linn.

SYNGENESIA Polyg. æqualis. *Difcoidei*.

CHAR. ESSENT. *Receptaculum* brevissimè paleaceum. *Pappus* ramosus five fissus. *Antheræ* caudatæ.

STÆHELINA arborefcens, foliis oppositis brevissimè petiolatis cordatis dentatis supra lucidis subtus tomentosis. Linn. *Supp.* 358.

In Novæ Granadæ beatissimo solo invenit Mutis. ½

ARBOR vel Frutex foliis sempervirentibus, lucidis, discoloribus, spectabilis; ramulis teretibus, pubescentibus, densè foliosis, apice floriferis.

FOLIA opposita, brevissimè petiolata, patentia, uncialia, cordato-ovata, obtusa, margine parum revoluta, grossè dentata, reticulato-venosa; supra viridia, glaberrima, et quasi vernice illinita, ut verbis Linnæanis utar; subtus densè lanata, alba. *Petioles* crassi, pubescentes, incurvi. *Stipulæ* omnino nullæ.

PANICULA terminalis, subcymosa, densè lanata. *Pedunculi* teretes. *Bractææ* lanceolatae.

CALYX hemisphæricus, subcylindricus, imbricatus, vel potius calyculatus: *squamæ* oblongæ, extus densissimè lanatæ; supernè margineque membranaceæ, denudatæ; apice lacerato-ciliatæ; post florescentiam arcuè inflexæ, persistentes.

FLOSCULI numerosi, lutei, infundibuliformes, quinquangulares, glabri; limbo quinquefido, obtuso, erecto.

STAMINA. *Filamenta* capillaria, alba. *Antheræ* inclusæ, obtusæ, conniventes, basi bifidæ et filamentis lateraliter insertæ, flavæ.

PISTILLUM. *Germen* oblongum, quadrangulum, glabrum. *Stylus* staminibus paulo longior, apice bifidus. *Stigmata* divaricata, obtusa.

RECEPTACULUM planiusculum, densè paleaceum; *paleis* brevibus, rigidis, plerumque bifidis vel trifidis. *Semina* figura germinis. *Pappus* corollâ brevior, plumosus.

Obs. Nescio quis scrupulus Linnæo filio injectus fuerit, ut dum hanc stirpem in Supplemento tractaret, de genere ejus dubitaret. Cum St. Gnaphalodis, e qua genus olim constitutum est, caractere omnino convenit, neque habitu multum abludivit. Specie differt ab Elichryso arborefcente, Ilicis cocciglandiferæ folio, *Plum. Cat. Pl. Amer.* 9. *Ic. Burm. t.* 123, *f.* 2, quæ ejusdem generis est, quamvis a Burmanno ad Centaureas malè relatum.

EXPL. TAB.

- a* Foliolum calycis.
- b* ————— auctum.
- c* Flosculus.
- d* Idem auctus atque pappo orbatus.
- e* Semen pappo coronatum.
- f* Pappi portio magis aucta.
- g* Germen cum stylo.
- h* Stamina cum antheris.
- i* Receptaculum cum foliolis aliquot calycinis.
- kk* Paleæ receptaculi magis auctæ.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"



Asplenium roseolum P.

ASPLENIUM resectum.

CRYPTOGAMIA Filices. *Fructif. in paginâ inferiore.*

CHAR. ESSENT. *Fructificationes* in lineolis sparsis. *Integumenta* e venis ortum ducentia, versus costam dehiscencia.

Sectio *** *Fronde pinnatâ.*

ASPLENIUM frondibus pinnatis: pinnis trapeziformibus acuminatis inciso-crenatis posticè integris.

In Insulâ Borboniæ legit Commerçon. *Thouin.* 4.

RADIX repens, squamosa, nigra, intus alba.

FRONS pedalis, lanceolata, acuta, pinnata, tota glabra. *Stipes* teres, atro-fuscus, nitidus, rarissimè squamulis paucissimis raris instructus.

FOLIOLA numerosa, alterna, subsessilia, patentia, uncialia, elongato-trapeziformia, obtusè acuminata; basi posticèque integra, hinc ac si ad nervum resecta fuissent; anticè apicèque inæqualiter inciso-crenata; venosa, venulis bifidis; inferiora plerumque opposita: impar elongatum, ferè lineare, alternatim ferratum.

LINEOLÆ FRUCTIFICANTES duæ vel tres, rarissimè quatuor, apicem versus foliorum, plerumque inter marginem posticum et nervum sitæ. *Integumentum* membranaceum, fuscum, e venâ quâdam semper ortum ducens, interiùs, vel nervum versus, dehiscens, margine integro, undulato, nunquam reflexum.

CAPSULÆ fuscæ, nitidæ, annulo articulado circumligatæ.

OBS. Characteres genericos filicum, ex modo quo dehiscunt florum integumenta, interiùs nempe vel exteriùs, primus reformare conatus sum; quâ de causâ herbaria quæ potui omnia evolvi, ut species, quantum res finat, ad genera naturalia referam: sed de his rebus aliâ vice plura dicam.

EXPL. TAB.

a Foliolum seorsim.

b Fructificatio membranâ tectâ, duplo auctâ.

c Capsula annulo cinctâ.

d Capsula cum annulo elasticè dissiliente.



BIBLIOTHECA FACTORUM
BIBLIOTHECA AMERICANAE
"JOSE TORIBIO MEDINA"

Asplenium monanthemum Linn.

ASPLENIUM monanthemum, *Linn.*

ASPLENIUM frondibus pinnatis: pinnis trapeziformibus obtusis ferratis posticè integris, lineâ fructificationis subfolitariâ.

A. monanthes, frondibus pinnatis: pinnis trapeziis obtusis supernè crenatis, lineâ fructificationis unica. *Linn. Mant.* 130.

Habitat ad Promontorium Bonæ Spei. *Linn.* 24

RADIX repens, squamosa, nigra, intus rufa. *Radiculæ* glabriusculæ.

FRONDES numerosæ, adscendentes, pedales, sæpe tortuosæ, lineari-lanceolatæ, acutæ, pinnatæ, glaberrimæ. *Stipites* subtetragoni; supra plani marginibus acutis; subtus teretiusculi; atro-fusci, nitidi, omnibus partibus glabri.

FOLIOLA numerosissima, subalterna (in icone nostra nimis opposita in superiori saltem parte depinguntur), sessilia, patentissima, semiuncialia, trapeziformia, obtusissima; basi posticèque integra; anticè apiceque ferrata, vel acutè crenata; venosa; inferiora opposita.


LINEA FRUCTIFICANS solitaria (vix ac ne vix unquam duæ inveniuntur) medium versus folioli sita, inter marginem posteriorem et nervum. *Integumentum* membranaceum, fuscum, venulæ insidens, nervum versus dehiscens, margine integro, undulato, nunquam reflexum.

CAPSULÆ fusæ, globosæ, annulo articulado.

OBS. Quantum differt a præcedenti ex dictis patet. Utraque in Herbario confudit Linnæus filius, dum calamo nimium festino Asplenium nostrum *resectum* Aspl. *monanthemum* scripsit. Foliolorum figura quasi dimidiata in his duabus speciebus maximè notabilis est.

EXPL. TAB.

- a* Foliolum seorsim.
- b* Fructificatio a foliolo separata.
- c* Eadem aucta.
- d* Capsula jam dirupta, cum annulo.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSE TORIBIO MEDINA"

Adiantum triphyllum Comm.

ADIANTUM triphyllum, *Comm. Mfs.*

CRYPTOGAMIA Filices. *Fructif. in paginâ inferiore.*

CHAR. ESSENT. *Fructificationes* in punctis subrotundis, distinctis, marginalibus
Integumenta e replicato margine frondis, interiùs dehiscencia.

Sectio ** *Fronde compositâ.*

ADIANTUM fronde triphylla: foliolis sessilibus lanceolatis pinnatifidis crenatis.

A. triphyllum. *Lamarck. Encycl. 41.*

In agro Bonariensi legit Commerfon. *Thouin. 2.*

FILICULA pulcherrima, tenera, spithamæa, tota glabra.

STIPES simplex, erectiusculus, spithamæus, filiformis, niger, nitidus.

FOLIOLA ternata, sessilia, patentia, uncialia, ferè æqualia, lanceolata, acutiuscula, irregulariter nec profundè pinnatifida, grossè crenata, sinibus basique cartilagineo-marginata; supra viridia; subtus albida, *nervo* nigro, nitido, flexuoso, ad basim validissimo, folioli medium versus evanescente.

FRUCTIFICATIONES solitariae in apicibus crenaturarum, singulæ *squamâ* tectæ subrotundâ, membranaceâ, a substantiâ folioli distinctissima, extus fuscâ, intus, margine tenuiori, pallidiore, repando, dehiscente. *Florum vel Seminum* structura nondum innotuit.

OBS. Hujusce filicis non nisi unicum vidi exemplarium, quod in tabula duplici aspectu, anticè nempe & posticè, prout res filicina postulat, visum est sistere.

EXPL. TAB.

a Portio marginis folioli cum squamis fructificantibus duobus in situ naturali triplo auctis.



BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"MOSE TORIBIO MEDINA"

Fucus inflatus Linn.

FUCUS inflatus, Linn.

CRYPTOGAMIA Algæ. Aquaticæ.

CHAR. ESSENT. *Fructif. fam. Vesciculæ* adspersæ granis immerfis apice prominulis.
Sem. folitaria.

Sectio—*Alati, seu Fronde plana, stipite medium percurrente.*

FUCUS fronde plana alata dichotoma integerrima punctata inflata: apice diviso.

F. inflatus. Linn. *Sp. Pl.* 1627. *Syst. Veg. ed.* 12. 715. *Fl. Lapp. n.* 468. *Lightf. Fl. Scot.* 910.

In Bodotriæ rupibus marinis, non longè ab Edinburgo, copiosius crescentem inveni mense Junio anno 1782. In Finmarkiæ oris legit Linnæus.

RADIX nulla, basi enim stipitis paulum dilatata rupibus firmiter affigitur, nutrimentum vero ex aqua, per totam frondis superficiem, modo congenerum haurit.

STIPES subcompressus, brevis, niger, basin versus sæpe folioloso-prolifer.

FRONS subpedalis, erectiuscula, subinde spiraliter contorta (Linn.) dichotoma, obtusa, integerrima, basi tandem ferrato-lacera, apicem versus papilloso-punctata, atque hinc inde inflata; recens tota atro-olivacea, glabra, nervo medium percurrente.

FRUCTIFICATIONES, quas Linnæus nunquam vidit, prope apices laciniarum frondis passim collocantur, e congeriebus irregularibus feminum vel capsularum, utrinque prominentium, constantes.

OBS. Nondum me sciente in littoribus Angliæ meridionalibus inventus est hic Fucus. Celeberrimus enimvero Hudson varietatem aliquam Fuci sui ceranoidis ad F. inflatum Linnæi refert, sed illa species enervis a nostra longè differt. Gmelin F. inflatum Linnæi, a se ipso non visum, ad F. vesiculosum vulgarem hypotheticè, nec malè, retulit, cujus opinionem amplexus est optimus nuper defunctus Lightfoot, qui et descriptionem egregiam addidit.

EXPL. TAB.

a a Fructificatio.

b Vescula frondis transversè secta.

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSÉ TORIBIO MEDINA"

